

# LIBER SEPTIMUS.

## CAPUT PIMUM.

*De bello Asiatico cum Aristonicus; &  
aliis rebus.*

S. I. Or. 5. L.  
*casiā*  
*belli.*

**A**TINUS cognomine Philometor Afiz Rex a Eumenis illius, qui constantes adeo Romanorum amicitiam coluerat, filius fuit. Hic, postquam per annos quinque jam in sua tutela fuisset, nam Attalus patruis ipsi tutor fuerat, anno Urbis sexcentesimo vigesimo decedens Populum Romanum testamenti tabulis heredem reliquit. Qui tamen vix legitimum testamentum facere potuisse videtur, cum ex Justino fatis pareat b. eum parum sane mentis fuisse ino potius plane infanivisse. Et, licet sanx mentis fuisset, dubium inter eos, qui res civiles tractant, habetur, *an regnum testamento transferri posse* e. ut per bona, quorum heredem Populum Romanum faciebat, tantum intelligenda fuerint supellex omnis & instrumentum regium d. quanquam plura regna etiam hac ratione acquisivenerunt Romani nec item hanc nostram facimus. Sed praterea non tantum impium hoc testamentum habebatur, si quicquid enim Eumenes Attali pater filium Aristonicum ex pellice natum e;

ve-

a Strabo L. XIV. n. 624. & 646. Epit. S. Pro lo  
għi Tregħi L. 36. b L. XXXVI. c. 4. c Vid. Grot. de  
LB. P. L. I. I. 1. §. 12. d Vid. Fl. L. II. 20. e Strabo  
Just. atti. L. IV. epir. 39. unde Eumenes F. dicit.

REIPUB. ROMAN. LIB. VII. 69

verum omnino fictum esse a Romanis multi jaſtabant; ut ex epistola Mithridatis ad Arsacem apud Sallastrium a patre. Nec videtur diffiteri Horatius b. Sed Mithridati forte profello Romanorum hosti, nisi sub idoneis certibus credere fas non fuerit. Livius hic diversum ab aliis sententia videtur, & putasse, Asiam ita Romanis legatam, ut ab iis liberaretur. Et forte in ipso Senatu Romæ dum de iustitia hujus causa dubitatum fuit; cum denum post biennium Asia Craſſo Confuli eidemque Pontifici Max. provinciā decretū fuerit: tique primus eorum, qui Pontifices Maximi coniunctum obtinuerunt, cum exercitu extra Italiam protactus est: cum Flacco collega multam dixisset, si a sacris diicesisset, quod Flamen Martialis erat d.

A. U.  
622.

S. II. Et infelix sene Craſſi expeditio fuit: nam, cum prædix; quam bello, in- §. 2. ip-  
tentior e prælium cum Aristonicu juxta sum bel-  
Leucas commississet, / prope Smyrnam il- lum. Iud oppidum fuit) vicitus panas inconfute  
avaritiae suo sanguine dedit: vel iuxta  
alios, ne in manus Aristonicu veniret; de-  
decus arcessita ratione mortis effugit & Vir-  
gam enim, qua equum regebat, cum in  
custodis sui barbari oculum direxisset,  
vi doloris eum ad necem suam accen-  
dit. Vellejus Paternus L. II. cap. 4.  
eum

a Histor. L. IV. b Od. L. II. nn. XVIII. v. 7.  
ubi vid. Porphy. & Vet. com. Cruquii. c Vid.  
epit. 59. d Cic. Phil. XI. cap. 8. Justin. d. l.  
f Strab. L. XIV. n. 646. g Val. Max. L. III. c. 2.  
n. 12.

eum ab Aristonicō (puto, ejus iussu) interemptum dicit. Succedit Crato M. Per-

A. U. *Perna* Consul anni sexcentesimi vigesimi 623. tertii, qui nondum civis Romanus Consulatum adeptus est a; cum pater ejus nihil ad se pertinentia civis Romani jura complexus esset. His viiūtum Aristonicum fame ad deditiōnē compulit b; cūmque in triumphum duxit teste Vellejo, & ut videtur, Valerio Maximo, sed potius locus Velleii levi dilatatione juvandas est, ut triumphus ad M. Aquiliū Perperna successorem referatur: nam hunc quidem Pergamī mortuum historici tradunt c; cum tamen Aristonicum jam Romanū misseret. Et certe properavit in provinciam Aquilius, ut triumphum Perpernae crip- peret: ibique reliquias belli confidere iussus, immā scelerē & Romanis hacētus moribus incognito, fontes veneno mis- cuit d; ut certas urbes ad deditiōnē com- pelleret. Atque ita Asia in potestatē re- dacta eam ex Senatusconfiō & decein le- gatorum consilio legibus, institutis, atque conventibus ordinavit e. Regibus inde, qui aduersus Aristonicum arma tolerant, præmia perfolunt iunt. Filius *Axinathis* Regis Cappadocie, qui eodem bello occi- derat, Lycaonia & Cilicia data: *Mithridati* Pontico Phrygia Major. Fui his Mithri- dates dictus *Energetes*, pater Mithridatis Eu- favoris f, cuius §. præc. mentionem feci- mus.

a Val. Max. L. III. c. 4. n. 5. b Eut. L. IV. c. 20.  
c Vid. Strab. Iustini. Emer. dd. II. d Strabo d. /.  
c Iustini. L. XXXVIII. c. 1. f Appian. Mitr. n. 177.

mus. Aquilius Romanū reversū anno deum Urbis 627. triumphavit.

S. III. Ita immensæ plane opes in Asia §. 3. Lu- devicta Romani invectæ sunt; que per- niciosissimæ Romanorum moribus fue- crementum. Nam statim quidem a victo Antio- tum: lo- cho multum a præca illa frugalitate mo- ges sum- res Romanorum mutati fuerant, luxuria penaria, peregrina ab exercitu Asiatico in Urbem & de- inventa a: sed subiecta jam penitus Asia ambita. illedem moribus plane funesta fuit b. A- siaticos enim mores jam dasum luxu infames fuisse notissimum est c: & de variis ejus gentibus facillime probari posset. Pau- ca specimenis loco addemus Jones luxurio- sissimos fuisse loci in margine citati proban d: & præcipue Ephesios e. De Phry- gibus idem notissimum est, vel ex iis, que Tomelius apud Virgilium f/ii obicit: a quo etiam alibi & Semiviri dicuntur. Ly- dii deum ita infames otio & deliciae fue- runt (postquam certe a Cyro fuerunt su- bacti h) ut non tantum ipsum Indorum nomen ab iis acceperint Romani: sed ut etiam variis proverbiorum eorum mores per- dit originem dederint i. Postquam ergo

Ro-

a Liv. L. XXXIX. c. 6. b Plin. H.N. L. XIII. c. 3. XXXIII. c. 21. XXXIV. c. 7. XXXVII. c. 3. f. c Cic. pro Mur. cap. 5. Juven. III. 62. seq. d Plaut. Stich. A. V. S. VII. Her. Od. III. VI. v. 1. Propert. L. VI. v. 31. Cl. Pariz. ad Ael. V. H. L. II. c. 38. & c Strab. L. XIV. c. 642. f Æn. IX. v. 614. seq. g Æn. IV. v. 215. XII. v. 99. h Herod. L. I. c. 44. i Vid. Erafim. Ad. Ch. II. Cent. VI. n. 93. 94. 95. 97.

Romanorum arma etiam in Asiam ferri  
ceperunt contagio facile labem, eorum  
moribus dedit. Hinc varie leges sunt or-  
tae, quae, *quod nimios sumptus coerenter,*  
*sumptuariae* sunt dictae. Tales fuerunt Or-  
chia lata A. U. 572. a C. Oratio Tribu-  
no pl. de numero conviviarum, quam pri-  
mum dissuasisse b, postea defendisse vide-  
tur Cato c: nisi dicamus, mendum in Fe-  
stum irrepsisse alterutro locorum hic in  
margine citato. Fannia lata ex SC. a G.  
Fannio Strabone Consule A. U. 592, qua  
sumptus singulis coenis est positus d. Di-  
dia, quam A. U. 610. tulit T. Didius  
Tribunus pl. ut non tantum Urbs, sed  
etiam omnis Italia legibus sumptuariis te-  
neretur: utque non dominus convivii tan-  
tum, verum etiam invitati poemis legis te-  
nerentur e. Legem posthac inventio *Æmi-*  
*liam* f deciborem genere & modo; quam  
mortuo Sulla latam dicit Macrobius: sed  
Plinius g legem memorat a M. *Æmilio*  
Seauto in consilatu promulgatam, quem  
geslit A. U. 638., qua forices & glires  
mensis ademerit. Sorices, & quidem hy-  
me conditos, ut Nigidius apud Plinium  
auctor est, in cibis tuisse alibi legisse non  
memini: sed glires quonodo condi debe-  
ant docet *Auctor libri de arte coquinaria* h,  
qui *Apicio Cæli nomine circumfertur*,  
& sic—

a Macr. Sat. L. II. c. 13. b Fest. V. Perfun-  
datum. c Id. V. Obsonitavere. d Plin. H. N.  
L. X. cap. 50. Gell. LII. cap. 24. e Macr. Sat.  
L. II. cap. 13. f Gell. l. d. g L. VIII. cap. 57.  
h L. VIII. c. 9.

REIPUB. ROMAN. LIB. VII. 73  
& frequens eorum mentio, tanquam ci-  
bi delicatioris etiam apud alios occurrit  
a: ino Varro docuit, qua ratione sagi-  
nati debent b. Verum puto tuisse ani-  
malia, non quæ nos rares dicimus aut  
costem: sed potius, quæ, ni fallor, his  
majora nobis etiam *meersuviennes* dicun-  
tur. Et, ut hic in unum conjiciamus cum  
multum, quæ de legibus sumptuariis ad  
institutum nostrum pertinebant, etiam  
Cornelia lex fuit a Cornelio Sulla Dicta-  
tore lata; sed qua quibusdam modo re-  
bus & certis delicatiorum generibus mi-  
norata imposta fuit c: ut ita irri-  
tande magis gulæ, quam reprimendo lu-  
xii facta tuisse videatur. Anni etiam Re-  
flectionis (Tribuni pl. credo) legem, sed  
concordia vitiiorum irritant post *Æmi-*  
*liam* recenset Macrobius: sed quando  
latam, aut quid propriæ fanxerit, nou  
addi. Omisferamus legem Licieniam,  
quam tulit A. 543. P. Licienus Cratius  
Tribunus pl. Fannia non dissimilem, &  
certos etiam sumptus & cibos certis die-  
bus assignantem d. Nec alterius generis  
fuit lex Julia ab Augusto Imperatore la-  
ta: sed cuius latio terminis, quos nobis  
propoluiimus non comprehenditur. Nos  
redeamus ad historiam nostram, cum  
prius tantum observaverimus, parum fer-  
vatas tuisse has leges, ut hodieque in  
similibus fere fieri solet.

\* Tom. II.

D

At

a Vid. Petron. c. 31. Amm. Marc. LXXVIII.  
cap. 8. b de R. R. L. III. c. 15. c Macr. l. c.  
d Gellius & Macr. ad. II.

At non unum duntaxat hoc luxuria malum civitatem invaderat: sed atrocus etiam & favius ambitionis & avaritiae, quo luxum individuum sequitur comes; cum absque rapinis & sceleribus neutri satisficeri queat. Igitur ambitus etiam legibus variis fuerat coercitus: vetum omnibus obicibus aggeribusque peremptis brevi tempore in exitium Imperii exundavit. Et, licet praecepit leges ad inferiora denum tempora sint referenda, inventamus tamen jam, ut antiquissimas qualidam leges mittam, anno Usbis 581. legem Boëbiam Corneliam de ambitu <sup>a</sup>; & anno 594. Corneliam Fulviam <sup>b</sup>; quam ouæ sententia fuerit non satis constat. Tameo referenda sunt leges tabelariae; de quibus jam dictum est.

## CAPUT SECUNDUM.

*De legibus Tiberii Gracchi.*

S. I.  
Quis  
fuerit  
Ti.  
Grac-  
chus.

Vidimus libri precedentis capite tertio §. 4. Ti. Gracchum Quastorem Mancini Confulis auctorem praecepsisse foederis cum Numantinis init, quod Imperio quidem Romano minus honustum, sed plurimorum ciuium salutis necessarium fuerat. Sed vidimus simul foedus illud Mancini deditione si ille reicilsum: Gracchum vero, quo minus dedetur, Populi favore fuisse consecutum. Hinc tamen

REIPUB. ROMAN. LIB. VII. 75  
tamen Gracchus infensus illis <sup>a</sup>, quibus annitentibus maxime foedus hoc abolutum fuerat, qui fere erant ex optimatibus, diligientius in originem multorum, quibus Respublica premebatur, malorum inquirere ceperat. Erat enim ipse Gracchus vir omni laudis genere ornatus, vitam innocentissimus, proposito faciliissimus, tantis denique adornatus virtutibus, quantas perfecta & natura & industria mortalis conditio recepit <sup>b</sup>. Neque mirum, cum a teneris usque iis imbutus esset preceptis, quibus optimi parentes filios suos bene natos imbuere solent. Nam pater hujus Tiberii & frater eius Caij fuit vir egregius Ti. Gracchus, cuius tum alia, tum de Sardis victoriam vidimus. Mater vero laudatissima fuit matrona Cornelia Magni Scipioni filia <sup>c</sup>. Cum enim, ut jam etiam antea attigimus, capitales iniurias inter Gracchum & Scipionem fuissent, neque tamen Gracchus, qui eo tempore Tribunus plebis erat, passus fuisset L. Scipionem a collega in vincula duci, evenit, ut eo die Senatus in Capitolio conaret. Ibi inter epulas Senatum confurrexisse ferunt, & petuisse, ut Graccho filiam Africanus desponderet. Quo rite facto Scipionem domum reverum disisse uxori, filiam se minorem despondisse. Quum vero illa mulier breiter indigabund a nihil de coniuncti filia secum consultatu m adieceret, non, si Ti. Gracche dixerit, ex-

D 2

per-

<sup>a</sup> Liv. L. XL. cap. 19.

<sup>b</sup> ejusd. epist. 47.

<sup>a</sup> Vell. Pat. L. II. c. 2. b Ibid. c Virg. Val. Max. L. IV. c. 4. init. d Cic. de Sen. Sc. c. 2.

partem consilii debuisse matrem esse, lex  
Scipionem tam concordi iudicio,  
ipsi desponsans, respondisse. Hic tamen  
Livius a non ut certa tradit, & varia  
hic etiam Plutarchus <sup>b</sup>. Imo traditum  
fuit, quemadmodum idem narrat, ( ut  
jam fabulam de duobus anguisibus in cu-  
biculo Gracchi patris contepsit & mit-  
tam ) tantam mortum & prudentiam fa-  
mam Cornelius fuisse, ut mortuo Grac-  
cho ejus nuptias Rex Ptolemaeus ambi-  
verit. Et summa fane cura filios duos  
sororemque eorum, quæ Africano minori  
nupsit, educavit. Ita ut egregis artibus  
imbuti ad omnia summa affligerentur. Sed  
vix quidem eorum privata ad institutum  
nostrum non pertinet: videamus potius,  
quæ caussa ab optimatibus eos alienarant.

<sup>a</sup> 2. Oris. S. II. Nam, ut diximus, optimatibus  
ob causam Mancinianam infensus Grac-  
chus statim in Tribunatu plebis leges  
T. Grac-  
chi.

<sup>b</sup> 61. A. U. 377. fege cooperat. <sup>c</sup> Ne quis ul-  
tra quinq̄uentum agri jugera possideret. Fi-  
lii familiarium emancipiati non ultra dimi-  
diunt. Neve quis ex publico plus quam  
centum jugera haberet. Tres viri quo-  
annis crearentur, qui agrum publicum &  
privatum discernerent. Agri, quod saperef-

se

a L. XXXVIII. c. 57. Vid. Val. M. L. IV. c. 2.  
n. 3. Gell. L. XII. c. 8. b via Gracchor. c Cie-  
de Divin. L. I. c. 18. Val. Max. L. IV. c. 6. n. 1.  
d Vid. Stegan. de ant. iur. civ. Rom. L. I. c. 16.  
e Appian. Alex. civ. L. I. n. 354.

ser pauperibus dividereur. Nam post le-  
gem Liciniam A. U. 385. p̄lātam nūl-  
la agrorum divisio facta fuerat, nisi publi-  
cī, aut ex hostib⁹ capti: atque adeo maxi-  
mam partem agri publici jam ditiones  
invaferant: & eoique per eam servorum  
multitudinem colebant, quam bello servili  
originem dedisse vidiimus. Ita ut plebs pla-  
ne agris exuta, & ad incitas redacta es-  
set. Quoniam autem Licinius Stolonis hic  
mentio facta est, notanda hic est, antequam  
pergamus, elegantissime obseruatio Am-  
plissimi Viri Gnielini Goessi ( Goussi ) in  
Antiquit. Agrariis t. 5. hempe, C. quidem  
Liciniū legem suam pertulisse, ita ut  
Pates jurarent, se eam esse servatores:  
sed nihil mirum esse, legem a reliquo suis  
se antiquatam, quam ipse prius exemplo  
suo antiquasset. Gracchos autem ita le-  
gen agrariam renovasse, ut ne eludendi  
daretur occasio: atque propterea utrum  
que seditione orta infelicitate occubuisse.  
Tum, ut merito cxi. videtur, Tiberio  
crimini datum, quod, quum in summo ver-  
saretur discrimine caput tetigisset, atque  
hoc videlicet signo capitifugo diadema po-  
piscisset: quasi vero vir minime stolidus  
furentibus incendium addere voluisset. Ita  
ut merito statut Gousius sola impotentia  
patriorum periisse viros nobilissimos, &  
ternaque laude vel eo dignos, quod nullis  
territi periculis magno animo in ea asse-

D. 3. renda

a Vid. Catonis or. pro Rhodiis ap. Gell. C. VII.  
c. 3: b App. Alex. civ. L. I. n. 355. c Fler. L.  
III. c. 14. Plut. Gracch. p. m. 833.

renda causa constanter persisterint, quam pro utilitate Reipublice non absque ratione suscepserint. Et id ipsum quo d' Gracchus, agrorum scilicet divisionem, jam ante tentaverunt C. Lelius ille Scipionis familiaris <sup>a</sup>; sed, quod renitentibus optimatisbus tumultus metu, & quidem contra conscientiam animi desistisset, *Sapiens cognomen meruisse dicitur.* Gracchum autem cum alii impulisse dicuntur, tum precipue mater Cornelia, qua se *Scipio-nis seruit*, non matrem *Gracchorum* (quo nomine tamen postea ei statua posita fuit. Plut. p. 836.) a Populo appellari saepē filii objectabat. Verius autem videtur, quod ipsum fratrem Tiberii Cajum libro quodam scriptum reliquiae testatur Plutarchus <sup>b</sup>. Tiberium per Italiam iter facientem & spectantem solitudinem agrorum, atque agricolas & pastores, fere seruos esse & barbaros, tum primum eam rem sibi in animo proposuisse. Provocabatur præterea a Populo per libellos undique proscriptos, ut inopibus agrum publicum redderet.

<sup>5.3. ipsa</sup> <sup>Lario le-</sup> <sup>gii,</sup> S. III. Igitur legem composuit Gracchus Licio etiam Crasso Pontifice Maximo <sup>c</sup>, Mugio Scavola Jurisconsulto tum Consule, & Ap. Claudio sacerdo suo (optimates hi sane erant, sed ut videtur, iusta causa & plebi equiores) in consilium adsciscit; & eam summa quidem exquitate: quippe qua illi; qui poenas vio-

lita-

<sup>a</sup> Ibid. p. 827. <sup>b</sup> p. m. 828. <sup>c</sup> Plut. Ib. Cic. Adad. Quaest. L. IV. c. 3.

fate legis dare debuissent, rogarentur, ut ea, que copia fas usurpaverant, premio aliquo accepto reddere vellent. Sed facile eridi potest, eos, qui agros illos invaserant, non aliter accepisse hanc legem, quam si iustum sibi patrimonium auferret: cum multi etiam hodie rapinis ita indulgere soleant, ut præda sua tanquam bonis optimo jure quæstis utantur. Verum Tiberius, facundia sua, qua adeo pollebat, ut etiam turpem causam, nedum aquitiam defendere potuisset, plebem plane sibi devinxerat. Ergo optimates Octavianum Tiberii collegam precibus expugnare, ut ejus rogatione intercederet: iisque primam civiliter inter se contenderunt. Cum vero Gracchus etiam Octavianum nimium agri publici tenere animadvertisset, rogavit eum, pretio etiam ex suis facultatibus ostendo, ut certamine abesse legem perficeret. Sed eo abiente Tiberius intercessione sua omnium magistratum functiones suspendit. Et, cum ita per multas contentiones extracto tempore dies tandem comitiorum venisset, optimates urnas, in quas suffragiorum tabelli conjiciebantur, subtraxerunt <sup>d</sup>. Præterea Manlius & Fulvius viri consulares ad genua Grachi accedentes impetrarunt, ut Senatus rem permitteret. Verum ubi nihil expeditivit <sup>e</sup> ad legem suam redit: & simul Octavio collega offendit, non aliud se belli civilis remedium videre, quam si alteruter magi-

D 4 stratu-

<sup>a</sup> Plut. l. d. p. 829. <sup>b</sup> App. Al. Civ. l. I. num. 357.

fratu abiisset. Octavius tamen de potestate Graccho abroganda, quemadmodum hic rogaverat, comitia habete noluit. Ergo ipse Gracchus tribus in suffragium misit: cum jam in eo res esset, ut si una etiam tribus suffragium dedisset, privatus jam heret Octavius. Gracchus suffragis sustineri iussis omnibus rationibus Octavium complexus est, ut a contentione desisteret. Sed, postquam nihil obtainere potuisse, legem pertulit, Octavio e rostris dextrao, & servo ejus per tumultum vulnerato: quod nequicquam Gracchus impeditare conabatur. Atque ita demum Tresviri agris dividendis creati sunt ipsi Gracchus cum Ap. Claudio fecero. suo & Cajo fratre. Et erat jam in flagrantia Populi favore Gracchus, ita ut paucos menses regnasse a. Cicero dicatur <sup>a</sup>, cum commoda occasionem cum etiam magis incendiendi nactus est. Nam nuncio de hereditate Regis Attali Romanis allato legem promulgavit, „ut ea pecunia agrum fortificis (lege nempe sua agraria) ad instru-“ mentum rusticum & subsidium agri co-“ lendi parandum distribueretur: “qua-“ re omnium maxime Senatum offendit <sup>b</sup>. Similiter odium, quod Octavius injuria contraxerat, amoliturus ostendit, „Tri-“ bunum plebis caussam plebis deferens-“ tem Tribunum amplius non esse.“

§. IV. *Alii* Sed cum amici Gracchi de coitionibus optimatiuum ipsi metuentes au-  
ctiam  
iges &  
nis Ti.  
racchi.

<sup>a</sup> ad Amic. c. 12. <sup>b</sup> Plut. p. m. 830.

clotes ei fuissent, ut etiam in sequentem agnum Tribunatum peterer <sup>a</sup>, alii preterea legibus plebem illicere coepit, sili-  
pendiorum tempora contrahens, provoca-  
tionem a judicibus ad Populum conce-  
dens, (quod de cassis civilibus est in-  
telligendum) judicibus, qui ex Senatu eo  
tempore legebantur, parem numerum ex  
ordine equestri adjiciens. (Quomodo ju-  
dicia penes diversos ordines diversis tem-  
poribus fuerint paulo post, cum de C.  
Gracchi legibus dicendum erit, videbi-  
mus.) Cumque vereti se dixisset, ne  
noctu ab inimicis domi sua interficeret-  
tur, magna hominum multitudo circum  
eius ades, tabernaculis etiam erectis,  
excubavit. Et postridie in Capitolum,  
ubi habenda erant comitia, progreffus,  
cum monitus etiam esset a Rofeo Cumano  
philosopho, ut omnia quidam, que  
ipso evenerant, sperneret <sup>b</sup>, summa quidem  
alacritate excipitur: verum mox a  
Flacco Senatore, qui loco celsior stava-  
bat, mutu manum vocatus eo ascendit,  
dicisque, statuisse divites etiam invito  
Consule cum interficere. Eo intellecto  
amici Tiberii se defensioni parant, fra-  
ctis etiam apparitorum hastilibus, ut ip-  
sis fragmentis se defenderent: cumque  
longius distantes mirarentur, quid tu-  
multus esset, Gracchus manum capiti  
admovit, summum nempe discrimen,  
in quo versabatur, innuens. Atque

<sup>a</sup> Ib. p. 832. Appian. Bell. civ. E. I. n. 358.  
<sup>b</sup> Plut. p. 837. E. S. f. E.

Ibi turpis inimicorum eius inituit perfidia, qui statim Senatum nunciarunt, diam a fibi petere Gracchum. Cumque Consul Mucius, se non vi, sed legibus in tota hac causa usurpareret; exiliens Nasica & togatus, ( erat hic Gracchi confidens, cuius mater itidem Africani fuerat filii : sed qui se ejus legibus opponebat, quod infracte legis Licinia reum se ipsum esse probe noverat ) Quando Consul, inquit, Rempublicam deserit, sequimus vos me, qui eam salvum vultis. Atque ita circumdata lryo brachio toga lacinia, magna parte procerum comitate contendit in Capitolium. Tiburitus vero inimicus se suis imparem cernens pedem veritus &c, dum fugit, fragmine subtellii ictus occubuit b. Finitque hoc initium civilis Romae sanguinis, qui paulo post expins Reipublicam inundavit c. Ita Ti. Gracchus, dum patre bene quidem, sed violentius consulit, in ipso faciosancti tribunatus honore in Capitolio necatus est. Nec solus Gracchus leto est datum sed etiam amici ejus partim trucidati sunt, partim in exilium missi d. Intet eos erat Blosius ille Cumannus, qui a Consulibus de iis, que acta erant, rogatus protellus est, se omnia Tiberii iussu altarum frustra. Et anno, inquit Lælius, ( Plutarchus minus recte Nasicam hic ponit ) qui Consulibus in-

con-

a lb. p. 830. b App. Al. civ. Ll. n. 359. cic. ad Herenn. L. IV. c. 55. c Vell. Patere. L. II. c. 3. d Plut. Gracch. p. 834. Val. Max. L. VI. c. 3.

confilio aderat, si se in Capitolum faces ferre veller? Nungam voluisse id quidem, respondit Blosius, sed si voluisse, parssem a. Quippe quem crederet, nihil imperaturum fuisse, nisi quod ex usu Populi foret. Discrimini tamen elapsus Blosius in Asiam ad Arifonticum confugit, coique victo manus sibi intulit b. Scipio porro Nasica, cum summa invidia ex eade Gracchi flagaret, judicialeque ei jam intentarentur, liberam legationem in Asiam a Senatu impetravit, five licentiam per aliquod tempus in Asia comorandi, ac insignibus & honoribus legati utendi. Et urgens sane periculum esse debuit, quod hanc legationem ipsi decerni fecit; cum Pontifex Maximus esset Nasica, cui a facris discedere non temere permittebatur c. Ipse hoc illuc per Asiam temere vagatus paulo post apud Pergamum diem obiit d. Neque mirum est talibus factis Nasicam gratia Populi excidisse, cum ipse Scipio Aemilianus, cuius tunc gloria recens erat a victoria Numantia, & qui merito a Populo Romano celebratur, ejusdem Populi benvolentiam hoc citu fere amiserit e. Primum enim ad Numantiam auditio Gracchi exitu versu Homerico omnibus, qui simile quid moliti essent, similem exitum precatus est, eo nempe, quo Pallas

D 6 dignum

a Cic. Amicit. c. II. Val. Max. L. IV. c. VII. ex. 1. b Plur. d. I. c VId. c. præc. §. 1. d Cic. pre Flaccoc. 32. Val. Max. L. V. cap. 5. ns. 2. e Plut. l. sepius d.

## HISTORIA

<sup>84.</sup> dignum factum exitum fortitum esse Agis-  
sium dicit <sup>a.</sup>

<sup>b.</sup> Οὐ αἰδοῖον καὶ ἀλλος δειπ. το-  
ιοῦτον γε πίστοι.

quod ita non incommodo quis vertat:  
*Vah! pereat quicunque scelus  
tam-grande peregit.*

<sup>a. v.</sup> Deinde Romanus reveritus cum a C. Car-  
<sup>612.</sup> bone Tribuno plebis (qui legem cerebat,  
ut cundem Tribunum plebis, quoties vel-  
let, Populo creare liceret) coram omni  
Populo interrogaretur, *Quid de Ti. Grac-  
chi cede. Sentiret? jure casum videti, res-  
pondit, si Reipublica occupanda animum  
habuisset e. Non adit tamen, eum ani-  
mum habuisse Ti. Gracchum. Cum nihil  
ominis ob eam vocem fremeret Populus,  
Hostium, inquit, armatorum series clamo-  
re non servius, qui possum vestro move-  
ri, quorum nevera est Italia t quorum  
postremorum verborum sensus esse vide-  
tur, multos jam peregrinos in civita-  
tem Romanam irrepsisse. Et etiam Mu-  
cius Consul, qui antea segnior, an-  
quior in hac causa fuerat, cadem pera-  
ctam probabie dicitur d. Nam quod ep-  
itome Liviana cum praecepimus eorum, qui  
in Gracchum invicti sunt, facit, dubito.  
an veritatis fatis conveniat. Nos vero hu-  
e de Ti. Gracchio narrationi finem dabi-  
mus solo Quintilianii iudicio addito, qui  
dicit:*

<sup>a.</sup> Odif. a. v. 47. b. Liu. Epis. 59. c. Plut.  
<sup>b.</sup> Vell. Patr. L. II. c. 4. Val. Max. L. V. c. 2.  
n. 3. Cic. de Orat. L. II. c. 25. d. Cic. pro domo.  
c. 34. pro Flane. c. 36.

REIPUB. ROMAN. LIB. VII. 85  
dicit <sup>a.</sup>, nequam Nasicam exemplo  
„Ahalam defendi posse, a quo Melius  
„est imperfectus: Melium regni affecta-  
„torem fuisse: a Graccho leges modo  
„latas esse populares: Ahalam Magi-  
„strum Equitum fuisse: Nasicaem priva-  
„tum. „Sed aliquid adhuc de hac cani-  
„fa ad caput sequens erit dicendum: &  
„ob affinitatem materie turba paulo post  
„fecute jam narratis melius jungentur; si  
„prius aliquid de morte Scipionis Africa-  
„na dixerimus.

<sup>b.</sup> V. Vidimus enim liberrime eum <sup>c. 5. 3. 307</sup>  
apud Populum de cruce Ti. Gracchi mis. Scipioni  
se locutus: sed hæc libertas, vel forte Africa-  
nipsa Graeciane factionis oppresio fune-  
sta Scipioni fuit. Nisi dicamus, fatu fuisse  
extinctum, gravemque de ejus mor-  
te fuisse opinionem, quod plerumque in  
magnum viorum morte, siquidem ex-  
traordinarium quid habet, esse solet.  
Nam, cum anno Urbis sexcentesimo vi.  
gesimo quarto acriter se divisioni agro-  
rum & plebi Romane opposuerit, ma-  
gna frequentia Senatorum, aliorumque  
civium Romanorum, & maxime socio-  
rum Latinorum nominis dominum deductus  
postridie mane in lectulo mortuus est in-  
ventus. Quicam, nulla in cadavere ejus  
vulnerum veltigia apparuisse scribunt e.  
Alii elisarum faucum in cervice notas  
repertas dicunt d.. Nec de auctoribus  
etiam

<sup>a.</sup> Inflit. Orat. L. V. c. 13. b. Vid. Sup. L. II.  
c. 4. 6. 2. c. App. Al. Civ. L. I. v. 561. d. Vell.  
Easter. L. II. c. 4.

etiam tanti facinoris convenit. Fuerunt enim, qui ipsam Corneliam Gracchum matrem suspectam habuerunt: imo adiutam eam crediderunt a Sempronio Scipionis uxore, qua soror, ut vicimus, Gracchorum erat: quaque ob deformitatem ac sterilitatem neque amabatur a Scipione, neque cum amabat a. Atque hanc ipsi caudam mortis fuisse etiam Cicero innovere videtur b. Apud eundem tamen Pompejus referat e dixisse; a C. Carbone, qui Triumvir agri dividendis lege Semproniam creatus, interemptum fuisse Africatum: & idem dicentem Crassum inducit L. II. de Oratore c. 40. d Plutarillus, magnam etiam suspicionem fuisse dicit e de M. Fulvio; qui unus ex Triumviris erat, & qui eodem die pro rostris Scipionem conviccis proficeret. Nec delum f, qui ab ignotis noctu per posticum inductis suffocatum ferant: neque servos id prodere fuisse autos, quod scirent. Populum infensum ejus morte gaudere. De tanti viri morte nulla habita est quiesco g, plebe illud iudicium interpellante, ne Gracchus ejus culpe affinis deprehenderetur.

## CA

a App. Alex. ibid. b Somm. Seip. c. 2. Vid. & Liv. epist. 59. Cad. Quint. fratr. L. II. ep. 3. d Vid. & omnino Cit. Fam. L. II. n. 12. e Gracch. p. m. § 39. f App. Al. A. I. g Vell. Paterv. l. d. h Plut. l. proz. dr.

## CAPUT TERTIUM.

*De seditione C. Gracchi.*

S. I. **N**On multos porro annos C. S. I. Ori-  
xit, tristem ex eadē, qua frater, caus-  
sa vite exitum fortius. Nam iam anno nis.  
Urbis sextcentimo vigesimo quarto, ut A. U.  
diximus, graves motus ex agrorum di-  
visione orti fuerunt: eratque Gracchus  
unus ex Triumviris ei divisioni prae-  
fectis. Neque aliter fieri poterat; quin  
graves rixa inter eos, qui longa posse-  
fitione agrorum, quos usurparerant, de-  
cicabantur, & illos, qui eos agros jam  
accipiebant, orirentur. Et tamen necel-  
laria videbatur multorum in Republica  
prava factorum emendatio: ita in mi-  
nus mirum sit, Gracchos, & principem  
Cajum (cujus laudes etiam intimi cele-  
lebrabant) plebem ab injuriis optimati-  
vindicare voluisse, quam quod co-  
rum oppressionem tandem plebs perferre  
valuerat. Paucorum enim hoc tempore  
arbitrio bellum domique respublica agita-  
batur: penes coldeam aratidim, provin-  
cię, magistratus, gloria triumphique.  
Populus militis atque inopinatim urgebatur;  
pietas bellicas Imperatores cum paucis  
diripiebant. Inter ea parentes, aut parvi  
liberi militum, ut quisque poteriorum  
confinis erat, sedibus pellebantur. Ita  
cum.

2 Salust. Ing. c. 41. Vid. Is. Vossium de ma-  
gistris. U. R. cap. 6.

cum potentia, avaritia sine modo, modestiaque invadere, polluere, & vaffare omnia, nihil pensi, neque sancti habere, quod femeſ ipsa precipitavit. Hos autem mores ferre non potuit Gracehus, quippe qui ipſe eſſet frugalifimus : cuius virtutis, & aliarum plurium egregium edidit ſpecimen cum Quæſtor cum Consule Oreste in Sardiniam /rebellaverant enim Tardi missus foret; licet vi-  
tam otioſam potius ſectatusſuſſe videtur, ni potius Reipublice apud eum, quam ſui commodi, ratio fuſſeret. Eadem publici commodi cauſa eum perpulit, ut ante quam in provinciam proficieſ-  
teret, diſſiaderet legem M. Junii Penni Tribuni plebi; qua peregrini Urbe prohibebantur : que tamen perlata fuſſe videtur. In Quæſtura quoque ſibi gra-  
tiam Populi conciliavit: quod, cum ci-  
vitates Sardinia permittente Senatu Ro-  
mano veſtem militibus præbere refuſa-  
rent, morbos, aliaſque miferias suas  
prætexentes, ipſe Caius singulas civita-  
tes adeundo eas permovit, ut militibus  
open ferrent: ita ut optimates a po-  
pulari adeo animo jam ſibi timerent: &  
Senatus conſulto Orestes cum Gracchus in  
provincia manere iuberentur; cum exer-  
ciū tamen, qui in ea provincia erat,  
alius exercitus ſubmitteretur. At Grac-  
chus generofa animi indignatione ob il-  
lam injuriam motus Romanus discessit:

cum-

a Plut. Gracch. p. m. 835. Gell. I. XV. c. 2.  
b Clc. Brito. 28. & Off. ill. 11. Fest. V. Re-  
publicas. c Plut. d. c.

REIPUB. ROMAN. LIB. VII. 89  
eumque propterea ipſi dies apud Cenſo-  
res eſſet dicta, injuriam ſibi factam eſ-  
ſe, luculenta oratione Populum docuit,  
eum jam per biennium a in provincia  
fuſſet, unde per leges anno exæto re-  
dire licuerit: ſumma ſe preterea abſti-  
nentia in provincia egide offendens. Cum-  
que ſe ita purgauerit plebis tribunatum pe-  
tit, & obtinuit incredibili Italiorum  
hominum fuſſragatione b.

§. II. Tribunatum adeptus statim elo-  
quentissimis orationibus preparatis Popu-  
li animis legem promulgavit, „ ut, si Graccho  
„ cui Populus magistratum abrogaret, late.  
„ ei ad alterum magistratum non eſſet  
„ aditus c, “ Et item alteram, „ uti, ſi  
quis magistratus „ de capite civis Ro-  
„ mani injuſſu Populi judicasſet, de ejus  
„ capite Populi eſſet animadverſio d. “  
Quarum legum altera Octavianum pete-  
bat, cui ut vidimus e, rogaſte Ti. Grac-  
cho Populus magistratum abrogaverat:  
altera tenebatur Popilius, qui in Pratru-  
ra amicos Ti. Gracchi in exſilium ege-  
rat f. Popilius non exspectauit judicio-  
ſolum vertice Octavianum vero matris Cor-  
nelia precibus Caius dedit. Hinc porro  
in commodum plebi, & ad infringendam  
Senatus potentiam etiam alias leges  
Populo gratas (nec eo minus aquas) tu-  
lit.

a Ipſe ap. Gell. I. X. c. 12. Plut. dicit trien-  
nium, ita u. alienorū vel errauerit, vel ho-  
die corrumpit legatus. b Plut. d. l. p. m. 836.  
c Plut. ibid. d Vid. Cie. pro C. Rabr. perdi. rec-  
tag. 4. e Vid. ap. p. sc. §. 3. f Ibid. §. 4.

90. *Imprimis agrariam fratris renovavit; addiditque: "ut vie per Italiam muni- rentur, curarenturque." Opus certe ma- gno ejus animo dignum, & in quo non usus magis, quam ornamenti & decoris euram gereret: nisi forte eredimus, eum hac ratione homines manuum ope- ra viem sibi querentes devincere sibi voluisse, ut ad omnem eventum eos pa- ratos & sibi devotos haberet. Eadem ra- tione motu etiam legem frumentarium creditur tulisse, qua civibus tenuioribus frumentum minimo pretio, semisse & nem- pe & triente & distribuendam curavit: qua iargitione cum exaratum exhaustisse dicit Cicero Officio L. II. c. 21. Et ita et- iam homines a labore & industria ad desidium & otium avocasse videbatur. Itaque lex perlaata fuit invitis Patribus, brevi tamen tempore abroganda: Et quo- nam de re frumentaria nobis sermo est, addendum etiam est pulcherrimum Se- natuiconiunctum, quod Gracchus fauente factum est; quam enim Fabius Hispanus Proprator frumentum provincialibus ex- tortum Romanum misisset, auctor fuit Grac- chus distracto frumento pretium civitati- bus remittendi; castigandique Fabium, quod*

*a Plut. d. l. p. 337. b Liv. epist. 60. c Paulus hoc 3. nostris dentis in medium. d Cic. Tusc. Quæst. L. III. c. 20. Vell. Pat. L. II. c. 6. App. Al. civi. L. I. n. 362. Epist. V. Sempronius et. Contrauen. de frumento. Rom. larg. cap. 2. T. VIII. Theb. Graec. Cic. Horren. L. I. cap. 2. e Cic. pro Sexto. c. 48.*

*quod intolerandum socii Romanum im- perium redderet: quæ res etiam apud provinciales magnam ei gratiam conciliavit. Sed præterea etiam legem tulit de Attali Regis hereditate, „ut agri regi in Asia publicanis locarentur &; idque vestigia in alimenta plebis ex- penderetur. Tum militaris velliſi pu- blice & gratis milibibus præberetur; neve quis minor annis septemdecim nomen militia dare cogeretur. Præcipuus tamen omnium, quas hoc an- no tulit, legem fuit, „ut ex confusis quinque classibus ordine fortis centu- rie ad suffragia vocasentur: „qua lege ditoribus plane potestas illa supre- ma, quam hac tenus in Republice obti- nuerant, eripiebatur. Nam si juxta or- dinem classium & centuriarum suffragia inirentur omnis potestas penes solos erat dittiores; cum eo um plures essent centu- rie, quam omnium aliorum minus di- vium; quemadmodum superius diximus: ex Gracchi vero institutione comitia magis quam antea in tenuiorum potes- tate erant futura, licet etiam sic diti- ores, quod corum plures essent centu- rie, majorem potestatem obtinerent. Et has quidem leges in primo suo tribunatu promulgasse videtur.*

*S. III. Sed cum ita Populi gratiam §. 3. Al- effertissimam obtinuisset in annum se- ter tri- quen- buntus:*

*a Plut. Gracch. p. m. 337. C. b Cic. in Verre. L. III. c. 6. Rull. Or. I. c. 7. Flor. L. III. cap. 35. c Flut. ibi. d Sallust. de Rep. Ord. Or. II. c L. L. c. 43. p. 53. f Vist. App. Alex. Civ. L. n. 1. 362.*

C. Gracchus quentem iterum Tribunus plebis creari, & tur, cum jam lata lex fuisset, „ ut, si leges in Tribunis pl. tempore opus habeat ad eo lata, „ ea prestanta, quis Populo promitteret;  
 A. U. „ etiam in annum sequentem Tribunus  
 631. „ creari possit a. “ Eumque honorem adeptus aliquot adhuc leges populares tilit; & praeципue judicariam; qua iudicia a Senatu ad Equites transferuntur. Sed, antequam pergamus, breviter hac occasione explicandum videtur, apud quos ordines variis temporibus iudicia apud Romanos fuerint. Nam ab initio quidem Reipublica ad C. Gracchus tribunatum ulli penes solos Senatores iudicandi munus fuisset legitimus b. Sed cum turpissime hac sua potestate Senatores abutenter, C. Gracchus primum lege lata iudicia a Senatu ad equites transfueruntur: non vero cum equitatu tantum communicavit, ut male in *Gracchorum viis* narrat Plutarchus: licet ipsi etiam Appianus Alexandrinus assentiantur. Atque ita aliquanto tempore summa cum laude iudicarunt d. Verum cum mox, ut ingenium hominum proclive est a virtutibus ad vitia, etiam Equites ea potestate abutenter.

a App. Alex. Ibid. b Polyb. L. VI. cap. 15. Dion. Hal. L. III. c. 9. & 14. Vid. eund. L. VI. c. 66. c Vell. Pater. L. II. cap. 6. Et hue referend. videtur locutus Varr. quem ciras Zanes scimus de Sex. B. L. I. c. 15. sed ubi in ed. Durar. p. 66. C' in edd. Nonius datis ab H. Junio & D. Gorhefr. nomen Gracchi non legitur. d Cic. pro Font. cap. 5.

REIPUB. ROMAN. LIB. VII. 93  
 terentur, „ Anno Urbi sexcentesimo quadragesimo septimo Q. Servilius Cepio Conius ea inter utrumque ordinem communicavit b: licet hoc ab illo verbo magis quam re fuisse factum ex Tacito appareat: nam re ipsa omnem potestatem ad Senatum transfuisse patet, quod *Sonacis patrourus* dictus fuerit teste Valerio Max. L. VI. c. 9. e. 15. qui de ejus appellacionis causa minus recte loquitur. Itaque post biennium (A. U. 649.) alter Servilius, cui cognomen erat *Glaucus* Tribunus plebis (ali in Praetura ejus id factum putamus) lega sua folis Equitibus iudicandi lites tribuit facultatem. Anno sexcentesimo sexagesimo secundo M. Livius Drusus Tribunus plebis iudicia Senatu restituere conatus est; sed frustra, ut latius suo loco narrabitur. Igitur adjuvantibus nobilibus Anno sexcentesimo sexagesimo quarto M. Plautius Sylvanus Tribunus plebis sua lege iussit, „ ut singule tribus ex suo corpori, i.e. quindecim legerent, qui eo anno, „ iudicarent d: ita ut in eo numero etiam essent Senatores; & ex ipsa quoque plebe aliqui. “ Et tum etiam liberti ad iudicandum admissi videtur e. Verum plebi & Equitibus infensissimus L. Sulla Dictator Anno Urbis 672. voluit,

a App. Alex. I. prox. d. b Cic fragm. Or. pro Scuro p. 1006. ed. Grav. Obseq. de prod. c. 40. Cassed. Chron. c Vid. Patric. ad d. Cic. fragm. Sigan. de anti. iur. circu. Rom. L. III. c. 15. d. Isc. in Corin. I. p. 972. ed. Grav. e Cic. pro Cn. Lent. c. 52.

Iuit, ut judicio penes solos Senatores effens: neque ex judicibus secessis: nemini amplius quam trium judicium rejeciendi potestas foret a. Sed cum Senatores ob infamiam judiciorum summa rursus invidia flagrarent L. Aurelius Cotta Praetor Anno Urbis 683. Pompejo Crassoque Consulibus legem tulit b. "ut judicia Senatoribus, Equitibus & Tribunis & rarii communicarentur c; ("erant hi honestiores in plebe ordinis, & loci commodioris d) ut ita rursus ex tribus Populi Romani ordinibus causas judicaturi defumerentur. Dico, fuisse ex plebe: nam Cicero e varios ordines Populi Romani recentiens disferre eos a Senatoribus & Equitibus distinguit. Endemque fere legem in Consulatu suo secundo f. A. U. 698. Pompejus Magnus retulit, nempe, " Ut amplissimo ex censo, ex centuriis, alter quam antea letri judices, & que tamen ex illis tribus ordinibus, res judicarent g. " Idemque numerum judicium fecit CCCLX. h. Sed Julius Caesar anno Urbis septingentesimo septimo iterum Tribunos & iudicis amovit i, & post biennium, ex eo iam Caesar, M. Antonius Consil duobus a Caesare relictis ordinibus tertium centurionum

a Cic. Verr. L. II. c. 31. b Vid. Cis. in Pif. c. 39. & ibi Ascon. c Vid. Juven. Sat. VII. v. 228. d Dio L. 43, circa med. e in Cest. Or. IV. c. 7. f Dio L. XL. c. g Ascon. ad Or. in Pif. c. 39. h Vell. Pat. L. II. c. 76. Vid. Plint. Rom. p. m. 649. i Suet. Jul. c. 41.

nun adject, & manipularium militum legionis Alauda a. Sed Antonio hoile judicato ad Tribunos judicia redisse videtur. Tandem, ut absolvamus, quae de judiciorum constitutione hic dicenda erant, Augustus ad tres judicium decurias, Senatorum nempe, Equitum & Tribunorum, quartam adject, quae de levioribus summis judicaret b; & decenariorum decuria dicebatur, quod centum habentur decenarum milium h. s. e qui dimidius erat centus equestris. Jam ad leges a. C. Graccho litas revertantur. Ubi statim videre possumus, quam non iniquus Senatus Gracchus fuerit d. Tantum enim solatum ob amissi judicia ipsi praestare vellet, legem pertulit, "Uti provincie quotannis a Senatu constituerentur ante comitia e, vel eas iam obtinentibus prorogande; vel designandas magistris in fortem mittendae". Neve quis deinceps Senatus consilio de provinciis intercederet: "quod ultimum tamen de consularibus tantum provinciis est intelligendum g. Quia iane lege Senatus auctoritatem non tantum confirmavit; sed etiam egregie auxit, unde quoque haec lex ad monarchiae ulque tempora substitit h. Tertia lex, quam in secundo suo tribunatu C.

Grac-

a Cic. Phil. I. c. 8. v. c. 5. XIII. c. 2. b Suet. Aug. c. 32. C Grac. ad d. Suet. l. d Vid. Flor. LXIII. c. 13. Cic. pro domo c. 9. e Ib. & pro Balbo c. 27. de prov. Cons. c. 2. f Vid. excus. in Vatin. c. 15. g id. de Cons. c. 7. h Sallust. Jug. c. 27.

Gracchus tulit, sicut, „Ut sociis Italiis, cis (& usque ad Alpes pene Italianam extendebat a) æque ac civibus Romanis, nis jus suffragii effet in legibus jubendis b. Utque Capuanum, Tarentum, aliquo extra Italianam, coloniz, sex millia civium, totidemque sociorum deducerentur c.“ Ex hac tandem legge maxime veritus Senatus, (licet iam antea Gracchi adverseretur) ne vires Gracchi insuperabiles evaderent, popularitate cum eo certare instituit: negotiumque dedit Livio Druso Tribuno plebis, ut & ipse legibus popularibus, blanditiis, quavis denique ratione Populi gratiam demereret conaretur: unde patet, non tam leges Gracchi, quam ipsum Gracchum, Senatum exofium fuisse. Ergo etiam Drusus (cujus filius postea A. U. 662, leges Gracchanas simillimas tulit) leges promulgavit d, „Ne quem ex suis Latinis nominis in exercitu virgis cedere liceret: Ut duodecim colonias deducerentur: inque singulas mittentur tenua millia civium Romanorum. Ut vestigial agris lege Semproniana divisis dividundiwise impositum pelli, bi remitteretur. Ut Decemviri agris dividundis crearentur. Quæ ultima lex apud scriptores quidem rerum Romanarum non reperitur: sed ejus mentionem in vetera tabula ænea inveniunt se testatur P. Manutius de legibus Rom.

c. 13.

a Vell. Patric. L. II. c. 6. <sup>1</sup>b App. Al. Civ. I. 1. n. 393. c Plut. Gracch. p. m. 838. d Plut. ib.

c. 13. Ita consilio celestissimo, ut aperite, & prout res mereretur, loquar, C. Gracche viro optimo Seclusus Drusum sociorum corruptorem, & veris plebis commodis adveriantem subornavit. Pertulit, ut facile credi potest, summo plebis studio leges suas Drusus, quod se illud ex Senatus auctoritate facere ostenderet: quem ita nihil minus quam erat Gracchus de commodis plebis sollicitum esse, docere conabar. Atque ita plebe Senatus reconciliata sumnum Gracchanarum legum peperit fastidium e. Unde iterum (Vid. supr. L. VI. c. VI. §. 2.) Cicero optimatus velificans, Drusum vulnera sanasse dicit b, qua C. Gracchus Republica imponebat. Et alibi c, M. Drusum collegam suum C. Gracchum in tribunatu frigide pronunciat, ut quidem recte in cito ad marginem paginae Ciceronis loco legiſſe videntur Victor Pisanius & Corradus: eosque fecuti Lambinus & Pighius. In certe Drusus Graccho sive calidior fuit, sive minus gloria & opus appetens, quod nihil sibi, aut in suam usum promulgare videretur: cum, uno ex Tribunorum plebis collegio Q. Rubrio legem ferente de colonia in sumum Carthaginis a Scipione delecte deducenda, triumvirum se ad eam deductionem creari passus sit Gracchus, simul cum Fulvio Flacco, qui A. U. 628. Consul fuerat: quique multis nominibus, sed sine ullo argumento, Senatus erat suspectus; ita

Tom. II.

E

ut

<sup>2</sup> Vid. Plut. Gracch. p. m. 839. b de Fin. L. IV. c. 24. c de clar. Orat. c. 28.

ut ejus invidia multum ad pericolum Gracchii contulerit: præfertim cum imprudentia sua malignos, qui de se ferebantur, minores continuaret. Atque ita instaurata, est Carthago anno postquam everta fuerat a Scipione vigesimo secundo. Verum brevi reverus est Gracchus, ut se L. Opimio viro, ut ex Plutarcho patet, & ex rebus gelis confirmari potest; improbo Consulatum petenti opponeret. Atque tum iterum legem de suffragio socii dando tulisse videtur <sup>a</sup>: sed volente Senatu Fannius Consilii socios Italicos editio proposito Romæ comitiorum die esse vetuit: cui summum edictum opposuit Gracchus auxilium sociis, si Roma manasset, promitteret. At hic promissus non stetit; sive quod auctoritatem suam immunitam fererat; sive, ne pugnandi cupiditas inimicis suis illam occasionem daret. Adiam adhuc offensionem contraxit, dum eorum, qui secum magistratum gerabant, fordiste avaritie se opponit. Futuris enim in foro gladiatoriibus magistratus illi cuneos in orbem ad spectandum struxerant, quos locarent. Indigne has fordes ferens Gracchus cum frustra, ut tollerentur, monuisset, noctu per officies suos cuneos deturbavit: quod factum plebi quidem generosum esse aperte; collegis vero ejus violentum.

<sup>§.4. Exi-</sup> S. IV. Atque ex res extinxit ejus maturavit; nam multi auctores sunt, Gracchi, chuiuscum tertio tribunatum peteret fraude

<sup>a</sup> Plut. p. m. 839. E.

de collegarum non obtinuisse, licet plurima suffragia tulisset. Nec eo contenti plurimas leges ejus abrogare iniici co[n]abantur, seditionis maxime occasionem querentes <sup>A. V.</sup> Et primum quidem has omnes injurias constanti anno Gracchus pertulit; sed demam monentibus amicis & auxiliante matre Cornelia (sed, si ejus est epistola, quam habet in fragm. Corn. Nopos, contrarium filio fuit) subsidio adversus Consulem (ipse jam Consul erat Opimus) paravit. Cumque in forum descendissent, minister Consulis contumelioso Gracchanos compellans occiditur, invictissime Graccho, qui ita iniicis suis praetextum datum esse querebatur. Atque eo quidem die comitia direpta sunt. Postridie vero ad invidiā Graecho creandam interfecti ministri corpus ante curiam delatum est, disimilante eorum, qua agerentur, scientiam Opimio. Itaque <sup>b</sup>, licet plurimi artes principum detestarentur, Senatus-consultum illud extreme necessitatis & factum est, Videret Consul Opimus, (nam collega ejus Fabius ad bellum Gallicum absuisse videtur) ne quid Res publica detrimenti pateretur. Cuius Senatus-consultum frequentior paullo in sequentibus fit mentione, quia jam Dictatores creari non solebant: nam Sulla & Caesaris Dictature legitima non fuerunt. Cum igitur Opimus denunciasset Patribus & Equitibus,

F. 2 ut

<sup>a</sup> Plut. Gracch. p. m. 845. <sup>b</sup> Ibid. p. 841.  
c Vid. Supr. L. II. c. 2. §. 6. Ibid. c. 6. §. 5.

ut arma caperent, etiam Fulvius Gracchi socius adversus vim se paravit, turbamque contraxit. Gracecum foro discedentem multi fecuti sunt: & ea nocte ad fores axium a ius taciti excubias egernunt. Fulvius vero cum suis vino meritis ferociterque in adversarios debacchatus noctem transfigit: cumque illuxisset Aventinum occupat. At Caius togatus & parvo duxat pugione succinctus nequit quam orante uxore, ne se publico committeret, in forum progreditur: atque ex ejus consilio Fulvius alium minorem cum caduceo pacis insigni ad Confidem & Patrem mittit. Optimus a, licet pacem suaderent multi, jussit, "ut tangamus fontes, leipios tradere, Senatusque iram de- prearentur." Paratus erat ad eam depreciationm faciendam Gracchus: sed non permittentibus aliis rursus Fulvius alium, qui pro se ageret, misit. Sed Optimus pugnandi cupidus adolescentem in custodiā trahit b: & statim Fulvii cohortem disiicit. Fulvius balneo, in quod congerat, extractus & cum filio occi- ius est. Gracchus vero arma civilemque sanguinem declinans in eadem Diana, que in Aventino erat, se recepit: cumque ibi manus sibi inferre conaretur ab amicis prohibitus est, & ut fugeret mortuus. Supplex autem Deam precatus esse dicitur, ut pro ingrato isto animo & proditore sui perpetua Romani servitute preme-

a Plut. d.l. p. 84.

b App. Al. Civ. I. l.n. 366.

premerentur. Nec defuit votis eventus, ut videbimus. Inde ad Tiberim fugit, horribilique duobus, quos secum habebat, amicis pontem sublīcum transit, dum illi se inequentibus Gracecum obserciunt, & memorando in omne evum exemplo nemini viam dantes fortissime occumbunt a. Ita unum duntaxat famulū nomine Philocratem (alii b Euphorum vocant) conitemit habens Gracehus in Furina lūcum pervenit: & a servo se interīu juber, qui mox super domini corpus seipsum transfixit. Alli dicunt vivos eos suisse alleatos hostes; ibique servum arcte adeo dominum suum suisse amplexum, ut ille, nisi prius interfecto servo occidi non potuerit. Amicorum fideli simorum nomina minus certa sunt. Plutarchus Pomponium & Liciniū vocat, pro Licibio Latorium Habent Val. Max. L. IV. c. 7. ex. 2. Sext. Aur. Victor, & Orofis L. V. cap. 12. Sed Plutarchi lectionem conjectura firmaverit, si forte Licinius ille frater, aff cognatus, an gentilis faltem Licinie uxoris C. Gracchi fuerit. Et ultra mortem etiam inimicorum flevit Optimus, & perniciōissimo & mox ad imitationem trahendo exemplo Gracchi & Fulvii capita referentibus par auri pondus pollicitus: ac ingeniose avaritie homo Sepeimulenus Optimii amicus a exempto cerebro plumbum capiti Gracchi infuderat.

a Vell. Pat. L. III. c. 6. b Vell. Ib. Val. M. L. VI. c. 8. ex. 3. Aut. Vilt. Macr. Sar. L. I. c. 11. Cvid. Sall. Jug. c. 16. d Plut. d.l. p. 142. E. B. 17. H. N. L. XXXIII. c. 3.

Cadavera horum, & trium præterea mil-  
lium, quos Opimii crudeliter interfec-  
erat, in Tiberim tracta sunt: bona on-  
num publicata. Adolescens etiam Ful-  
vius, quem de pace acutum missum vi-  
dibus, licet octavum dénum & deci-  
mum annum ageret, omnimumque plane  
infons foret, ab Opimio interemptus est  
<sup>a</sup>. Quin & conjugis cæsorum luctus  
est interdictus; & Licinia Gracchi dos  
adempta <sup>b</sup>: licet P. Mucius Jurisconsul  
censeret, eum præstare opere <sup>c</sup>. Sed  
Opimus (qui ex SC. iustitia Urbe ad-  
dem, quam voverat Concordia, posuit,  
indignantibus civibus, qui per cædes con-  
cordiam recte fundari posse non puta-  
bant. Plut. Gracch. f. App. Al. Civ.  
L. I. n. 306.) non diu postea etiam aperi-  
tius ostendit, venale sibi ad cuncta flati-  
tia esse ingenium, quando anno Urbis  
sexcentesimo quadragesimo legatus ad Ju-  
gurtham missus <sup>d</sup>, ut regnum, quod Mi-  
cipia obtinuerat, inter Jugurham & Ad-  
herbam dividaret, argento a Jugurtha  
corruptus famæ & fidei pecuniam prætu-  
lit. Ergo, licet per injuriam tempora-  
rum, cum reum eum egisset Decius Tri-  
bunus plebis, judicio de morte Gracchi  
fuisse absolutus causam ejus defenden-  
tis C. Carbone <sup>e</sup>, (qui Consul anno sex-  
centesimo trigesimo quarto ob turbulen-  
tissi-

<sup>a</sup> Vell. Pat. L. II. c. 7. <sup>b</sup> Plut. d. I. c. 66.  
pr. ff. soluto matr. <sup>c</sup> Sall. Jug. c. 36. sive 12.  
edit. I. Voas. <sup>d</sup> Cie. de Orat. E. II. cap. 25.  
Q. de clar. Orat. c. 34. Liv. epis. 64.

REIPUB. ROMAN. LIB. VII. 103

ditum tribunatum plebis, & mortis  
Africanii invidiam, majestatis cum accu-  
fante adolescenti L. Crasso, cantharidas  
sumpsisse dieitur <sup>a</sup>: vel, ut alii, in exi-  
bū fuit missus <sup>b</sup>) tamen A. U. 643.  
captarum ab hoste pecuniarum a C. Ma-  
milio Limetano Tribuno plebis damnatus  
tuerem senectutem egit <sup>c</sup>. An obiter ad-  
demus, in hujus consulatu vini adeo ge-  
nerosi fuisse provenium, ut vinum Op-  
imianum proverbiali locutione pro gene-  
roffissimo dictum filent <sup>d</sup>? Hic exitus Grae-  
chorum fuit meliore utique fato digno-  
rum: sed quos perdidit rigida virtus  
studium in civitate, quam nimia felicitas  
jam corrupserat. Nam Tiberii quidem  
laudes initio jam hujus capituli vidimus:  
Cajus vero cunctis virtutibus ei similis  
erat; laudisque verè cupidissimus, ita ut  
semper Senitiu auctor esset rei aliquis,  
que tantum ordinem decebat <sup>e</sup>; ingenio  
etiam & eloquentia longe præstantior <sup>f</sup>.  
Inno fuerunt, qui cum M. Tullio ante-  
fere non dubitarent, quod refert & im-  
probat Gellius <sup>g</sup>. Etiam Cicroni elo-  
quentissimus dicitur <sup>h</sup>: & idem, Grae-  
chorum consilii, sapientia, legibus multas

<sup>a</sup> Cic. Fam. L. IX. num. 21. <sup>b</sup> Id. Bruso  
cap. 27. Valer. Max. L. II. cap. 7. num. 6.  
C. Plut. Gracch. p. m. 843. <sup>c</sup> Cic. Bruso, 82.  
Koll. Pat. L. II. cap. 7. Plin. H. N. E. XI. IV. c. 4.  
<sup>d</sup> C. 14. qui sua azae id superfluisse dicte.  
<sup>e</sup> Plut. p. m. 837. <sup>f</sup> Vell. L. II. cap. 6. Liv.  
epis. 64. Gall. L. XI. cap. 13. <sup>g</sup> L. X. cap. 3.  
<sup>h</sup> de clar. Orat. cap. 28.

Reipublice partes constitutas affirmitur: ac rursus alibi, C. Gracchum nibilis; quod ultimam partem equitatus aut juris habebat, reliquise, dicit: eumque morte fraternali, pietate, dolore, magnitudine animi ad experientias domestici sanguinis ponas frustis exercitium. Sed, ut fuit Cicero ingenii non fatis confitantis, & gratia optimatum captator, alius locis longe alter & minus bene de Gracchis loquitur, ut quoniam in Brus. c. 13, ingenium quidem & eloquentiam C. Gracchi summis laudibus extollit: sed simul queritur, enim postius fratribus quam patre, postrem prestatre voluisse. Et similia pluribus locis apud cum videri possunt d. Alibi rursus frumentarium C. Gracchi largitionem damnat: & capitolium esse orationem dicit, tam, quae ad agri quacionem bonorum pertinet. Contra laudibus excollit Optimum f, cives cum præstansimum appellans, & virum præclare de Republica meritus g: qua laudes quoniammodo in ipsum quadrum ex iam dictis facile judicari potest; quemadmodum etiam penes Graccho ne, an penes optimates causa harum seditionum fuerit. Sed iam exterius rursus bella horum temporum videamus, cum prius verbum adhuc de affilia oratoria G. Gracchi addiderimus. Narrat nempe Cicero h, & post eum alii

<sup>a</sup> C. II. in Bull. c. 9. omnino Ib. c. 29, b pro C. Fabrio c. 5. c de Harusp. p. c. 20. d Ib. c. 19. in Bull. l. 7. in Castil. l. IV. 2. e de Offit. L. II. c. 21. f de clar. Orat. c. 4. g pro Sexto. cap. 62. h de Orat. L. III. cap. 60.

REIPUB. ROMAN. LIB. VII. 105  
ali i, Graceum, cum concionaretur, habuisset ad manum servum cum eburnea fistula peritum hominem, qui inflaret celeriter cum ionum, quo illum aut remissum excitaret; aut a contentione revocaret.

### CAPUT QUARTUM.

Bella Gallica, Allobrogica, Ligustica.

<sup>j. I.</sup> A Nno Urbis sexcentesimo vigesimo anno Salluvii (Salvres ali vocant, sed alterum prætulerim) Gallorium trans Alpes incoleutum gens Massiliens Romanorum socios invaserunt k: idque latitudo commode Senatu Romano evenit. Nam M. Fulvius Flaccus Consul Italicos socios instigabat, ut jus Romanum civitatis peterent e. Et, cum regte compulsi esset, ut in curiam veniret, partim motienti Senati, partim oranti, ut incepito defenserit, responsum non dedit l. Sed occasione belli Gallici oblatas sponte urbanae actiones triumphi adipiscendi spe deseruit: ac in Gallian profectus fortiter, eum hostibus Massiliensem Liguribus, Vocontis Salluviisque rem gesuit; si saltem honor ipsi non præter merita datus fuit: nam de iis gentibus triumphasse ex fastis Consularibus diximus: idque

E s etiam.

<sup>a</sup> Quint. L. I. c. 20. Gell. L. Ic. 11. b Flor. L. III. c. 2. c Plut. Gracch. p. m. 339. App. Al. Cfr. L. I. m. 562. d Val. Max. L. IX. c. m. 1. c. V. d. f. d. m. Marcell. L. XV. c. 15. Just. Of. s. q. c. 84. n.

<sup>§. I. Bel-</sup>  
<sup>tum</sup>  
<sup>cam</sup>  
<sup>Gallie</sup>  
<sup>Sallu-</sup>  
<sup>vii &</sup>  
<sup>alii.</sup>  
<sup>A. U.</sup>  
<sup>628.</sup>

etiam ex Vellejo <sup>a</sup>, & Plutarchō <sup>b</sup> colligi potest. Et sane Livius primum omnium Fulvium Gallos Transalpino bello domuisse scriptum reliquit <sup>c</sup> sed jam etiam anno praecedente a C. Sextio Calvisio Confule vieti fuerant: ifque: in eorum agrum coloniam deduxit: a nomine suo appellatam. Aquas enim Sextius nomen habuit: quod aquarum salubrissimum ibi esset. copia d: ex quibus vocibus hodiernum nomen Aix est contractum.

S. 2. Bel-  
lum Al-  
lobrogi-  
cum. §. II. Inde cum Arverni & Allobro-  
gibus bellum fuit gestum: quo interio-  
ris Gallia gens fuit: habitat enim fe-  
re, qua hodie Delphinatus & Sabaudia  
regiones ad lacum usque Lematum in-  
coluntur. Causa belli fuit e., quod Teu-  
tomallum Salliviorum Regem lugiente  
recepissent, & omni ope juvissent: tum  
quod Aeduorum, sociorum Populi Roma-  
ni, agros vastassent. (Aeduo in artifici-  
mam societatem acceperant Romani, ita  
ut fratres dicerentur f.) Et notavit Ob-  
sequens (c. 10.) Anno Urbis 631. jan-  
vieras fuisse has gentes: quo anno cum  
C. Fannio Consul fuit Cn. Domitius A-  
henobarbus. (Hic Neronis Imperatoris  
fuit atrius g.) Et Domitium sane felici-  
ter res gestissime tabulæ triumphales ostendunt:

a Lib. II. c. 6... b Gracch. p.m. 841. Cepir. 50.  
d Liu. epis. 51. Strab. L. IV. n. 178. Fusti Caff-  
fied. e Liu. d. l. f Cie. Fam. L. VII. n. 10. ad  
Art. L. II. 18. non sine joco. Ces. B. G. L. I.  
c. 43. Tacit. Ann. L. XI. c. 25. Plaut. Ces. p.  
m. 720. g Suet. Ner. c. 2.

dant: ex quibus anno Urbis 633. triumphasse deprehendunt: quod idem etiam ex Europio a colligi potest: licet ibi Collulum nomina minus recte legantur. (Pighius ad A.U. 631. restituere eum locum conatur) & ipsa etiam rerum narratio est confusa. Et longe magis in diversumabit. Valerius Maximus 6; qui plane alios auctores secutus fuisse videatur. Dum tamen bellum moles ingravesceret. Anno 632. Q. Fabio Maximo Consuli (fuit hic filius fratri P. Africani Amiliani) Gallia provincia obvenit: hec etiam Domitio in eadem provincia imperium prorogatum esset. Et adeo cum parvo exercitu Gallis occurrit Fabius, ut Rex cum Betutius (ita est in fatis Capitolinus, quod Pighius putat lingua Celta fuisse Betulich, quasi patientem, vel modestum dicas) jacaret, „paucitatem Romanae norum vix ad escam canibus, quos in agmine habebat, sufficerunt esse.“ Itaque ultro etiam Rhodanum ponte ex linteibus facto transi Romanos invaserunt. Sed post acrem pugnam Galli in fugam conversi sunt: & festinato transitu pontem nimium onerantes ejus vincula ruperunt: ita ut plurimi mergebentur. Ex centum igitur octogintaquinque millibus, que in exercitu habuissent Betutius dicebatur, centum quinqueginta millia vel cæsa vel mersa fuisse seemuntur. Plinius et Appianusque Ale-

*2.L.W.c.22.b.IX.c.6.m.6.Sel.vid.Frigg  
Ann. p.4.A.632.p.72. C.H.N.L.VIE r.5D.*

xandrinus, & exorum numerum paullo minorem faciunt: & memoratum dignum est, quod prior addit, Fabium Consulem, cum quartana febi laboraret, ea in acie fuisse liberarum. Strabo vero, Fabium non totis triginta milibus ducenda millia Gallorum concedisse scribit.<sup>a</sup> Betulcus amissi exercitu Romani profectus est, ut Senatus satisfaecret: sed quia contra pacem provinciae videbatur, ut in Galliam remitteretur. Alibi in custodiā datum est. Decretum quoque est, ut Congeniciatus filius ejus comprehensus Romanū mitteretur. Domitius & Fabius in ipsis, quibus dimicaverant, locis saeas erexere turres, & defensum exornata armis hostilibus trophya fixerunt, more tamē Romanis instituto.<sup>c</sup> Et Domitium etiam, cum elephanton ope maius adiutus in acie fuisse,<sup>d</sup> elephanto per provinciam vectum turba milium, quasi inter solemissū triumphi prosequente, Suetonius auctor est.<sup>e</sup> Sed tamē Urbem quoque triumphantes intrasse & Fabium & Domitium marmora Capitolina ostendunt, Fabiumque Regem Betulcum in triumphum duxisse. Et ad hunc Fabii triumphum, puto, referri posse denarium, quem exhibet Vaillantinus,<sup>f</sup> licet ipse alter sentiat. Triunphi hi anno Urbis sexcentesimo tricesimo tertio

<sup>a</sup> In epit. Celticor. b L. IV. n. 48. & aliter siam Lrv. Epit. 61. c Flor. L. III. c. 2. d Orf. L. I. c. 13. e Nerone. c. 2. f de Sam. Rom. G. Tab. x. 17.

REIPUB. ROMAN. LIB. VII. 109  
tertio sunt duci. Julius Cesar, a<sup>g</sup> praeter Allobroges (nam hos in deditione fuisse receptos narravit Livius) etiam Avernos & Autenos b<sup>h</sup> a Fabio superatos scribit; itaque Populum Romanum ignoravisse, neque in provinciam rediegisse, neque stipendium imposuisse. Sed tamen anno Urbis sexcentesimo trigesimo quinto, colonia Narbo Martius c<sup>i</sup> (ita dicta, ut videtur a L. Marcio Rege, qui Consul ejus anni fuit) in Gallia deducta d<sup>j</sup>, quia specula Populi Romani, ac propaginaculum istis ipsis nationibus oppositum. & obiectum foret.

S. III. Et cum Gallis non tantum, sed etiam cum Liguribus bellum cessisse Marciū ex fragmentis safforum triumphalium discimus: ubi ejus triumphus de Liguribus Steenis memoratur, qui Livio f Straboni Sceni dicuntur g; & ab hoc Geographorum principe ad Tridentinos Alpes collocari videntur; ita ut Ligures origine forte fuerint. In epitome Liviana gen<sup>k</sup> Alpina dicitur, Orosius h Gallos sub Alpium radicibus positos expugnasse Marciū, & ad internationem delevisse dicit: vel potius, ipsam gentem pre desperatione ita in seget ipsam savisse, ut ne parvulus quidem omnino superfluerit, qui feritū conditionem morti præferret. Anno sequenti

<sup>g</sup> De bell. Gall. L. I. c. 41. b l e Diofese de Bodes. c Narbone. d Vell. Pat. L. I. c. 15. L. II. c. 8. e Cic. pro Font. c. 1. f Epit. 62. g L. IV. n. 204. nec multum diffinire videatur Elin. L. III. c. 20. h L. V. c. 15.

<sup>g, j</sup> Bel-  
lum Li-  
guisti-  
cum.

A. U.  
636..

sequente bellum cum Grajarum Appium gentibus continuatum fuisse Pighius conjicit ex numero C. Licinii P. F. Getæ (quod nomen alterius hujus anni Consulis fuit) insigne admodum tropæum præ se ferente: præfertim cum etiam anno sexcentesimo trigesimo octavo Gallia provincia consularis fuerit: nam & Auctor de viris illustribus M. Æmilius Scaurus Consulem Ligurem & Gantiscos (ignota quidem hæc gens est) donauisse: & tabule triumphales de Gallis Karnis eum triumpassæ testantur. Karni, vel Carni etiam Alpinus populus fuit, sed qui postea etiam maritimam oram Istræ vicinam, vel eriperunt Venetis, vel a Romanis in eam deducti possederunt. Vestigia nominis servat in illis regionibus Carniolæ Germanis Kraïn, Imperatori hodie Germanorum subdita provincia. Verum minus grave fuisse hoc bellum patet, quod milites suos laudatissimo illo Romanorum more in paludibus exsiccandis exercuerit. Idem postea in Censu-  
viam Æmiliam stravit, a suo nomine dictam c, quæ per Etruriam Sabata usque ferebat: & probe distinguenda est ab altera via ejusdem nominis, quam stravit in Consulatu suo Æmilius Lepidus A. U. 566., quæ via Flaminia Ariminii juncta inde Aquilejam usque extendebat. Exemplum etiam in hoc viro observandum est disciplinae militaris sanctissime cultæ:

nam

a Extrar etiam ap. Väill. G. Licinianu. 28.  
b Strabo E. V. n. 150. c Sext. Aur. Villor.

nam tanta eo Imperatore discipline reverentia fuit, ut pomifera arbor, quam in pede castrorum fuerat complexa metatio, postero die abeunte exercitu intratis fructibus relicta fuerit. Tum preterea hunc celebrem illum fuisse Scaurum, qui saepe Princeps Senatus dicitur b, quod dignitatem illam per aliquot lustra obtinuerit. Obiter autem castigari debet Plutarchus, qui eum humili genere, & novum hominem fuisse dicit c: cum revera ex nobilissima fuerit Æmilio genite, sed cuius domus propter paupertatem tribus atatibus fere jacuerat; ita ut pater ejus carbonarium negotium exercuerit d. Post hanc victoriam ad Cimborum usque adventum, five ad A. U. 644. quietæ res Gallæ fuerunt.

## CAPUT QUINTUM.

De bello Balearico, &amp; cum Sardis.

S. I. CUM Balearium insularum inco- \$ I. Bel-  
festum redherent, vel potius pauci quidam leari-  
corum cum piratis societate facta conspi- cum-  
rassent; Q. Caecilius Metellus Consul an-  
no Urbis sexcentesimo trigesimo universos  
criminatus invasit e, & gentem vix alio  
A. U. 630. armo-

a Frontin. Stratag. L. IV. c. 3. ex. 13. b Cic.  
pro C. Rabir. cap. 7. Ascon. Argum. Or. pro M.  
Scauro. Et princeps civitatis pro R. Deiot. c. 11.  
c de fortun. Rom. p. m. 318. d S. Au. Villor.  
de vir. ill. e Strabo L. III. n. 167.

armorum genere , nisi fundis , utente  
facili negotio superavit . Triumphus ta-  
men res digna est visa , quem A. U. 632.  
duxit . Neque illud tantum ; sed etiam a-  
victis non magni momenti insulis *Balea-*  
*rii cognomen sumpsit : videturque haec*  
*Metellorum familia honorem illum a vi-*  
*ta gente cognomen assumenti praeceteri-*  
*am ambiisse , cum hujus etiam patre*  
*in *Macedonicum* dictum viderimus : &*  
*etiam frater hujus *Balearici Dalmaticus*,*  
*enique filius *Creticus* dictus fuerit : quin-*  
*male *Florus Macedonicus* filium facit .*  
*Tum præterea *Numidicum* Metellum vi-*  
*debinus , qui fratris *Metelli Macedonici**  
*suit nepos .*

S. 2. Bel-  
lum Vidimus supra L. V. c. 4. §. 8. Ti-  
berium Gracchum de Sardinia A. U. 578.  
triumphasse . Et inde per multos fane annos  
quieta haec insula fuit , donec A. U.  
627. rebellaret : & licet tum ab Aurelio  
Consule subacti dicantur <sup>a</sup> , tamen difficil-  
le bellum & longum fuisse inde conicitus ,  
quod in tabulis Capitolinis ad annum de-  
mum Urbis sexcentesimum trigesimum  
primum triumphus Aurelii hujus ex Sar-  
dinia referatur . Imo anno rursus sexcen-  
tesimo trigesimo octavo consularis pro-  
vincia facta est Sardinia : & M. Cæcilius  
Metelli Proconfulis ex ea iniula trium-  
phus in fasibus marmoreis ad annum sex-  
centesimum quadragesimum recensetur .  
Sed forte ab ipsis Praesidiis haec bella  
fuscebantur : quemadmodum anno sex-  
centesimo

a Epit. L. V. 627.

centesimo quadragesimo octavo T. Albu-  
cius bellum undique querens cum ma-  
nistratis quibusdam latrunculis una co-  
horte auxiliaria res gesit : ( *Mafrica* erat  
vellis e pellibus villorū . ) unde non tan-  
tum supplicatio ipsi negata est : sed etiam  
postulantibus Sardis reus est factus &  
damnatus <sup>b</sup> . Nec deinde de rebus Sar-  
dinia aliiquid valde memorandum in hi-  
storia reperitur ; nisi forte notare velim  
us , anno sexcentesimo nonagesimo se-  
ptimo M. Æmilium Scaurum , qui Pro-  
pretore Sardiniam rexerat , arroganter  
aede rapaciterque eam administrasse , ut  
anno sequente Sardis requirentibus a P.  
*Valerio Triario* repetundarum postulatus  
sit , qui dicere non dubitavit , si non re-  
cusare , quo minus Scaurus absolveretur  
si centum viginti homines nominare pos-  
set , quibus in provincia nihil absulseret  
<sup>c</sup> . Eum tamen defendere non dubitavit  
Cicerus , & cauſam obtinuit , Scarto ob-  
vetustissimam nobilitatem & recentem  
memoriam patris , ut cerebatur , absolu-  
to <sup>d</sup> . Tanta iniquitas illorum temporum  
fuit .

<sup>a</sup> Cic. de prov. cons. c. 7. b Id. fragn. Op. pro  
M. Scaurop. IOIX. ed. Grav. Quirini. L. I. c. 5.  
<sup>c</sup> Cic. de l. de prov. cons. C. Div. in Verr. c. 19.  
<sup>d</sup> Val. Max. L. VIII. c. 1. n. 10. e Vid. A. con-  
siger. pro Scaur. C. Cic. ad Att. L. IV. ep. 16.

## CAPUT SEXTUM.

*De bellis Illyricis, Dalmaticis, Thracicis.*

§. I. Bel. 5. L. Q UODAMO Gentius Illyriorum Rex  
lum Illyr. &  
Dalmat. A. U. 585. a Romanis vicit  
& triumpfatus sit dictum est supra L. V.  
e. 6. §. I. & simul tum provinciam il-  
lam ex quinque legatorum tentia or-  
dinatum fuisse. Atque ipsi quidem Illyrii  
patienter fatis jugum Romanorum tule-  
runt; & per plures annos pacata eapro-  
vincia fuit: donec anno Urbis sexcen-  
tesimo decimo octavo Vardai Illyrici  
infestare coepit: qui a Fulvio Flacco  
Consule subacti a, & ab ora maritima  
in interiora translati sunt b. Sic in ta-  
bulis Capitolinius spectimus. C. Sempro-  
nius Tuditanus Consulem anni sexcen-  
tesimi vigesimi quarti de Japidibus triun-  
phasse: qui ex gentibus Illyricis Italae,  
vel Istris proximi habitabant. Compen-  
dium Livianum nos docet, cum primo  
rem male gesisset: mox Victoria cladem  
acceptam emendasse: & maxime co bello  
enituisse virtutem D. Bruti, illius qui  
Lusitaniam subegerat. Post decennium  
natus Metellus Consul Segetianos Illy-  
rici populos in Pannonicis finibus sitos  
bellum moventes, an a Romanis ulter-  
illatum propulsantes (auctores enim re-  
rum+)

a Liv. epist. 4 sub. Strabo L. VIII. n. 317. si qua-  
dem de his tempore locutus ille s. i. aet. ligg. in

REIPUB. ROMAN. LIB. VII. 115  
sum Romanatum hic nos destinxunt s.)  
hanc difficulti victoria compescit. Inde  
sola triumphi cupidine ductus quietis Dal-  
matis bellum intulit, cum ab his amice  
fuisset suceptus. Et forte satis grave tum  
id bellum fuit, cum non tantum trium-  
phus Metello decretus sit & cognomen  
Dalmatici ab eo assumptum; sed etiam  
magnas manubias retulerit b: licet fate-  
ar, priora illa facile ambitioni, postre-  
num soli rapacitatem Metelli adscribi pos-  
se. Finitudine porro cum Thracibus & pre-  
cipue Scordiscis bella videamus.

§. II. Thraces, latrociniis affluera gens,  
circa hæc tempora non tantum proximas  
provincias, sed ipsam etiam Thessalian  
& Dalmatianum incurrebant; & ad Adriati-  
cum usque mare penetravabant c. Ad-  
versus eos anno Urbis sexcentesimo trigesimo  
nono missus fuit C. Catō, qui Pri-  
isci illius Catonis fuit nepos, (filius M.  
Catoni, qui Praetor designatus vivo pa-  
tre obiit d: quique egregios, de jure civili  
libros reliquisse dicitur e,) etiam ad  
exemplum avi multas orationes scriptas  
reliquit. Sed is non modo fuisse a Thraci-  
bus & fugatis fuit: verum omnino totus  
interceptus exercitus, quem duxerat f.  
At eodem anno T. Didius Praetor diuinus  
Scordicos intra suam repulit Thraciam:  
triumphumque de iis duxisse videtur g.  
Quem-

§. 2. Bel-  
la cum  
Thraci-  
bus.

A. U.  
639.

a Vid. Pighii ann. ad hanc. b Cis. in Ver. L. I.  
c. 59. & ibi Afc. c Flor. L. III. c. 4. d Vid. Cis. de  
Seneti inf. e Cell. Nost. Att. L. XIII. c. 19. f Fl.  
4. l. Europ. L. IV. c. 24. g Cis. in Ep. c. 25.

Quemadmodum etiam M. Livius Drusus Consul ulterius eos egit, Danubium iure transire vetuit <sup>a</sup>. Tamen rursus anno sexcentesimo quadragesimo quarto M. Minucius Rufus Proconsul contra Scordiscos & Triballios prospere pugnavit, non sine summo tamen suo periculo, multis suorum amissis dum per infidum glacie fluvium equitatum ducit. Triumphum Minucio ob hanc victoriam sive decretum docent Vellejus <sup>b</sup>, & denarii in hujus triumphi memoriam cusi <sup>c</sup>. Quia porro in his regionibus bella gesta fuerunt, commodius ad sequentem librum referentur. Videamus jam bellum gravius multo, sive tumultum potius Cimbricum.

## CAPUT SEPTIMUM.

*De bello Cimbrico, Teutonico & Taurino.*

S. I. ORI. S. I. **S**Excentesimum & quadragesimum annum Urbi agebat cum primum belli. Cimbrorum anima sunt arma Caccio Me. A. V. solo ac Papirio Carbone Consulibus. Verba sunt Taciti in libro de moribus Germanorum <sup>d</sup>. Videntur autem hi ex penitissima Germania progressi; & jam tum forte

<sup>a</sup> Flor. d. I. Liv. ep. 63. b L. II. c. 8. c Vailant. gente Minuc. n. 9. qui fastos hic Capitoliis triumphales circat, supremo errore Pighi: verba pro fastorum inscriptione prodicens: cum in marmarib; hic triumphus desidereris. d. 57. <sup>e</sup> Flor. L. III. c. 30.

forte eam regionem tenebunt, quia Cimbrica Chersonesus est dicta, & hodie Sistian & Silesiensem Ducatum complectitur. Nam plutonum veterum, & ipsius Strabonis & crassus est error, qui Cimbros ob levem similitudinem nominis cum Cimmeriis confundunt, qui ad Maeotia, paludem habitabant <sup>b</sup>. Ea gens hoc anno populibunda in Illyricum usque pervenire: quemadmodum jam antea item ex Septentrione progressi Galli, & posteria variz gentes Germanie, aut Sarmaticae originis Imperium Romanum populorum innamera multitudo inundarunt. Si bonis auctoribus alias fuit Florus iustior aliquantulum harum gentium ( quibus etiam magna hodie Batavorum pars & major Francorum Britannorumque, imo Italorum & Siculorum originem debet ) causa videbitur. Dicit enim, cum terras eorum inundasset Oceanus, novas fedes toto orbe quaesivisse; excluso folio Gallia & Hispania in Italianum venisse, atque a Silano Consule ( hic anni sexcentesimi quadragesimi quarti Consul fuit ) petuisse, „ ut victor gentium Potius sibi aliquid terrarum quasi stipendiū daret; ceterum, ut vellent, manus suis, atque armis uterentur. “ Verum vix videtur fide dignum ( quamquam similia etiam tradi disti Livium ex episcopo ejus sexagesima quinta liqueat ) eos, qui jam ante quadriennium cum

RQ.

<sup>a</sup> L. VIII. n. 293. <sup>b</sup> Vid. Cluver. Germ. Ant. L. III. c. 22. p. m. 90. <sup>c</sup> Liv. Epit. 63.

Romanis prælio confixerant, victoresque fuerant, illorum confessim pacem expetivisse. Sed de his penes lectorem prudenter judicium esto.

- S. I. Ro-**mano-  
rum va-  
ria clas-  
ses. **S. II.** Certe ab anno Urbis sexcentesimo quadragesimo initium ducentum est bellorum cum Germanis gestorum; quos ad sua usque tempora per annos ducentos & deceni triumphatos magis esse, quam vi-  
ctos dicit Tacitus <sup>a</sup>. Nam eo anno Con-  
649. sul. Cn. Papirius Carbo ad Noreiam ur-  
bem supra Aquilejam cum Cimbri con-  
grelius prælio non solum fuisse, sed etiam exercitu exutus est <sup>b</sup>. Inde per Gal-  
lias vagati Cimbri Hispanos etiam adorti  
sunt. Sed ubique exclusi, ut ex Floro  
vidimus, & Teuonis juncti ( altera hec  
erat a Germania gens ) rursum versus Italiam iter direxerunt; agrosque quos pre-  
cibus impetraverant nequiverant, armis pene-  
re constituerunt, Silanunque Consulem  
prælio viatum castris etiam exeruerunt: li-  
cet, ut in militibus alacrioribus Consul ute-  
retur plures leges per eos annos latae,  
quibus stipendiis militibus miniebantur,  
abrogaverit <sup>c</sup>. Anno Urbis sexcentesimo  
655. quadragesimo quinto M. Aurelius Scævola  
Conful iterum ab his gentibus est fugi-  
tus, non tamen occidit, ut videtur cre-  
didiſe Vellejus <sup>d</sup>. Nam post tres deinde annos legatus Consulis a Cimbriis fulo  
exer-

<sup>a</sup> Germ. c. 37. <sup>b</sup> Jul. Obseq. de prodig. c. 38.  
<sup>c</sup> Flor. L. III. c. 3. <sup>d</sup> Ascon. ad Or. I. pro Cor. p. 133. ed. Lugd. Bat. A. 1675. <sup>e</sup> Tacit. d. I. f. L. II. c. 12.

REIPUB. ROMAN. LIB. VII. 119  
exercitu captus est <sup>a</sup>; & quin in confi-  
lum ab iis evocatus, deterretur eos, ne  
Alpes transirent Italiam petituri, eo quod  
diceret Romanos vinci non posse, <sup>b</sup> a E-  
torge feroce juvene occisus est. Nec felici-  
or fuit L. Cassius Longinus Consul, cui <sup>A. U.</sup>  
Gallia Narbonensis cum bello Cimbrico <sup>646.</sup>  
provincia erat data. Is enim a novis hosti-  
bus Tigurini Gallis, ( pagus erat Hel-  
vetiorum, cuius uisit nomen inclita urbs  
Tigurum servat Helveticarum prima ) qui a civitate Helvetiorum discesserant, &  
Cimbris jam vicinis se junxerant, in fini-  
bus Allobrogum cum magna parte exerci-  
tus in exsilio est <sup>b</sup>; ejusque exercitus re-  
liquae sub jugum missae e: cum legatus  
C. Popillius, ne residua exercitus portio  
deleteretur ( ab hostiis enim obfelliis fu-  
ga se servare non poterat ) surpissimo so-  
dere cum hostiis pactus fuisset: ubi quo-  
que celus fuit L. Piso legatus, qui pro-  
vus Calpurnia Caesaris uxoris fuit <sup>c</sup>. Nec  
melior fortuna fuit e Q. Servilius Cœpionis,  
qui anno Urbis sexcentesimo quadra-  
gesimo septimo ( M. Ciceroni hic annus  
natalis fuit ) præda magis, quam victo-  
ræ cupidus in provinciam Galliam venit,  
dum Cimbri, ut videatur, se alio averti-  
sent. Ergo non expectato Cimbrorum ad-  
ventu Gallis interim Teutonagis bellum  
intulit; ibique Tolosam oppidum anti-  
quum ac celebre diripiuit. Dicitur hic  
in yr-

<sup>a</sup> Liv. epist. 67. <sup>b</sup> Liv. Epis. 65. <sup>c</sup> Cas. R.  
G. L. I. c. 7. Tacit. d. I. d Orosc. I. V. cap. 15.  
<sup>e</sup> Sallust. Jug. c. 114.

invenisse Cepio, & abstulisse aurum, quod quondam Galli Brenno duce e templo Delphico abriperuerant. Quindecim millia circiter talentorum fuisse ex Posidonio refert Strabo<sup>a</sup>; qui faciunt nonges centies mille Philippus. Alter Justinus<sup>b</sup> hanc iumentum effert: sed horum auctorum conciliatio, aut explicatio nihil ad scopum nostrum facit: sufficit, si sciamus, ingentem plane auti vim arca-  
tique fuisse. Nec impune hanc sacra pecuniam rapinam fertur tulisse Cepio: quam jam Galli, quod plurimi ob illud furum malis affligerentur, in lacum quendam projecisse dicebantur; unde a Romanis eduta fuerit.<sup>c</sup> Nam ipsum Cepionem vitam deinceps in calamitatibus transfigisse & finisse, tanquam sacrilegum patriae ejectum, tradut, relicti heredibus filiabus, quas Timagenes scribit confutatas turpiter perire d: nec absolum videtur credere, Denique etiam in gentilibus contemptum deorum, quos ipsi utique Deos esse crediebant, coelesti vindicta ultum fuisse. Livius ob cladem ejus temeritate acceptam, bonis publicatis fuisse damnum refert, in cuius epitome nulla curia sit mentio. Questionem certe de eo auro fuisse habitam etiam ex Cicerone & discimus: idemque (*de Orat.* L. II. cap. 47. seq.) a C. Norbano Tr. pl. accusante Antonio Cepionem reum facit, & damnatum tradit. Valerius Mi-  
ximus,

ximus, ut passim alibi, ita hic rursum su-  
pinam negligentiam prodit: cum enim primo loco narrasset<sup>d</sup>, Cepionem in carcerem quidem ob culpam amissi exercitus conjectum fuisse; sed a L. Regio Tri-  
buno plebis ob veteris arckeque amicitiae memoriem inde fuisse eductum: alibi tamen<sup>e</sup>, quasi plane sibi oblitus, cum in publicis vinculis ipitum depositum tradit; & corpus ejus funelli carniceis manibus laceratum, in scalis Gemonis jacens, magno cum horrore totius fori Romani coniectum fuisse: quod quidem nihil mirum fuerit, quum hacenus talis ignominie exemplum non existisset. Afflictissimam conditionem Cepionis fuisse inter omnes convenit: & Smyrna eum exula sic testatur Cicero<sup>f</sup>. Proverbiali inde locutione dictum fertur de eo, qui magnis ac fatalibus afficitur malis, no-  
voque ac inferendo exitio perit d, *ex-  
arum Tolosanum habere*. Prorogatum tamen interim in provincia Cepioni imperium fuerat: eique additus anno sexcentesimo quadrageclimo octavo Con-  
sul Cn. Mallius Maximus (minus re-  
cta ab aliis Marcus pronomine dici-  
tur<sup>g</sup>) cuius collega P. Rutilius Urbi  
præsidio relictus primus rudem exper-  
temque titonem, doctoribus gladiato-  
rum accessitis vitandi atque inferendi

Tom. II.

F

ictus

<sup>a</sup> L. IV. c. 7. b L. VI. c. 9. ex. 13. c Or. pro  
Balbo c. 11. d Gell. Noct. Attic. L. III. cap. 9.  
<sup>b</sup> Strabo d. l. c de Nat. Deor. L. III. c. 30.

<sup>c</sup> L. IV. c. 7. b L. VI. c. 9. ex. 13. c Or. pro  
Balbo c. 11. d Gell. Noct. Attic. L. III. cap. 9.  
Frasm. Adag. Chil. I. Cent. X. nn. 98. e Sal-  
ust. Jugursh. f. Tacit. Germanni. 37. g c.

ictus subtiliorem rationem docuit. <sup>a</sup> Mal-  
lius vero , sive , ut alii dicitur , Max-  
tius sine virtute , sine ingenio , vita etiam  
contempta , ppter opinionem Consul fa-  
etus , cum etiam vir sapientissimus & pri-  
marius in civitate Q. Catulus repulsa  
passus esset <sup>b</sup> , statim ut in provinciam ve-  
nit cum Cepione eam exercitusque parti-  
tus est , ita ut Rhodano fluvio medio ter-  
minarentur. Atque ibi dum acerba inter-  
se invidia & contentionis discordantia , cum  
summa ignominia , & periculo Romani  
nominis victi sunt , clademque Aliens  
parem acceperunt : nam binis castris ex-  
iunti sunt : militum octoginta , calonum  
& lixarum quadraginta millia occisa se-  
funtur . Ita ut ex omni exercitu decem  
zantunmodo , qui nuncius ad angendas  
miseras referent , superfluisse dicantur .  
Hostes binis castris aquae ingenti prada  
positi barbarico more cuncta , que ce-  
perant , pessimum perdidere. Velitis  
discissa projectaque : aurum argenteumque  
in flumen abjectum : lorice viorum con-  
cise : phalera equorum dissipatae : equi  
ipsi gurgitibus submersi : homines la-  
queis ex arboreis suspensi ; ita ut nihil  
præde victor , nihil misericordia victus  
petiperet . Magus ex hac Cimbriorum  
victoria Romanos terror invasit : metus  
que ingens & trepidatio fuit , ne con-  
fusum Italia occupata Cimbi ad Urbem  
properarent. Itaque , quod in gravissimi  
belli

REIPUB. ROMAN. LIV. VII. 125  
belli metu fieri solebat , iustitium indi-  
ctum est ; saga fusa sumpta : dilectus in  
Urbe atque Italia tota diligentissime sunt  
habiti. P. Rutilius Consul omnem juven-  
tutem sacramenta adigere jussus est : no-  
valque legiones scribere , cum quibus  
hosti occurreret : ilisque severissime & ae-  
curatissime dilectum egit.

S. III. Alius tamen hic bello Impera-  
tor decessabatur C. Marius , qui bellum  
cum Jugurtha jam confecerat : ilisque ad-  
hunc abiens in Numidia legibus solatus ,  
(leges enim & absentes rationem haberi in  
comitis consularibus , & intra decennium  
eundem Consulalem refici verabant ; ita ut  
hic exemplum infrastrarum degumjam ha-  
buerit Julius Cæsar , cuius amita Mario  
nupta fuit ) & Consul iterum factus est ,  
Galliam Narbonensem cum bello Cimbre-  
co provinciam extra fortem noctis <sup>c</sup> : qui  
ea etate restituente disciplina virtutique  
militari natus esse videbatur. Verum in eo  
conulatu Gallis quidem Testologis bel-  
lum intulit : & legatus ejus L. Cornelius  
Sulla <sup>d</sup> ducem Testologatum Capil-  
lum cepit. Sed , cum in Hispaniam a-  
büssent Cimbi , & hunc & sequentem  
annum (nam in absentem Marius et-  
ia tertius consulatus a Populo collatus  
fuerat ) Marius in apparatu belli &  
exercendis militibus coniungit : adhuc  
enim extra ordinem ipsi Gallici belli pro-  
vincia decreta fuerat , inimicis etiam  
F. 2 cios

<sup>a</sup> Fal. Max. L. II. c. 3. n. 2. <sup>b</sup> Cic. pro Plan.  
tior. 4. A. pr. Mur. c. 17. <sup>c</sup> Liv. ep. 67.

<sup>d</sup> Plut. Mario p. m. 412. <sup>e</sup> Id. Sulla p. m.  
452. <sup>f</sup> Polyan. Seratas, L. VIII. c. 10. n. 1.

154 HISTORIA  
ejus fenteulis suis eum ex Gallia non  
detrahentibus a: cum sola Marii virtute  
stantis hostis repelliri posse videretur. Ibi  
jam Sulla Tribunus militum *Mars* gen-  
tem populosissimam, ut dicit Pluta-  
chus b, ad belli societatem traxerat:   
quod tamen nomen corruptum esse vi-  
detur, cum nullos in his tractibus Mar-  
tos ali scriptores neverint. Sed & in  
hac expeditione Silla, quod jam ante  
bello Jugurthino de quo mox dicemus,  
fecerat, animum Marii offendit, quod  
ancerecenti jam Sullana gloria Marius in-  
videret c. Marius potro, antequam ex  
Hispania reverteretur barbari, Roman  
profectus est, ut consularia comitia ha-  
beret, cum L. *Aurelius Orestes* Consul  
instante comitorium tempore diem extre-  
mum obituum nunciaretur: ibique L. *Ap-  
puleius Saturnini* Tribunum plebis opera qua-  
ntum consularium obtinuit: de cuius Sa-  
turnini turbulenterissimo tribunatu paulo  
post erit dicendum. Et turpibus quidem  
artibus ac ridiculis usi sunt, ut in Ma-  
rium consularius conferetur, Marius qui-  
dem in specie eum detectando, Saturni-  
nus vero preditorem eum patria appellan-  
do, quod tanto pericolo incumbente  
operam suam petenti patria negaret d.  
Collega Mario datus est Q. *Lutatius*  
*Catulus*, & ambobus Consulibus utraq[ue]  
Gallia Cimbricumque bellum provinciz  
decreverat. Marius Alpibus superatis, (cum  
Catu-

REIPUB. ROMAN. LIB. VII. 155  
Caulus ab altera parte Italie Cimbri  
per Noricum irrumptibus oppositus es-  
set) ubi hostes iam prope adesse intelle-  
xit, castra ad flumen Rhodanum com-  
munit, ingentem undique conuenientium  
copiam comportari jubens, ne invitus  
ali quando, & non suo tempore, deficien-  
tibus rebus necessariis, configere coge-  
retur. Ex, ut earum rerum simul conve-  
ctionem facilorem, & militem continuo  
opere vegetiorem redderet, cum offia  
Rhodani magna vi limi arenaque opple-  
ta essent, eo exercitum otiosum conver-  
tit, fossaque grande, & magnorum na-  
vigatorum patientem duxit: que ab ejus  
nomine *fossa Mariana* dicta fuit a. Mil-  
ites inde, licet pugne avidissimos in ca-  
stris continuit, eosque tæpe vallum con-  
scendere, & contemplari hostes justi; ita  
ita & vultu hostium, & voce absona fe-  
re que affluerent. Neque, quamquam  
summa contentione flagitarent pugnando  
copiam, castris tamen iuos eduxit: ita  
ut tandem Teutones audacie reditti  
vallum ejus oppugnare aggredierentur.  
Venum mox, iptetis iam plane Romanis,  
vasa conclemantur; & ecclira eorum pre-  
tergressi sunt, per ludibrium rogantes, eæ  
qua Romam ad uxores suas mandare vellent  
b. Marius autem eos ferme fecutus est,  
castra semper castris conferens, donec ad  
Aquis uisque Sextias pervenient c. Ibi  
de industria illum locum castris copiæ  
F. 3. dici-

a Cic. de provine. consular. c. 8. b Sulla p. m.  
452. c Plin. lib. d Id. Mariop. m. 413.

a Strabo L. IV. n. 183. Pompon. Melia L. II. c.  
si b Flav. L. III. c. 3. c Plin. Mariop. m. 413.

dicitur, qui aquandi comoditate careret, ut etiam hunc stimulum militibus suis adderet. Cumque scimus ulterius vix ferrent, monstrari iis strenue, quod sub ipsis erat hostium calbris, illie, inquit, habebitis possum; sed sanguina venalem. Militibus tamen potenteribus, ut confestim eos in hostem duceret, placido primo, ut ea praecommunirent, justis. Interim calonum & lixarum magna manus ad aquandum descendit, hostiumque complures nihil minus quam pugnam expectantes opprimit. Moxque etiam eos, qui per tumulum arma ceperant, (Ambrones praeceps erant) Ligurum potissimum strenua opera uis proligavit; licet etiam femine in Romanos, utin hostes in suos, ut in proditores, horendam rabiem exercerent. Neque tamen Romani securos esse existimant, cum nec vallo muniti essent, (ita quidem habet Plutarchus, sed eorum, que paulo ante dixerat, ut videatur, oblitus) nec sine terrore horrendos barbarorum ejuslatus audire possent. Veruntamen nihil tum moverunt hostes; sed ad novam pugnam omnia strenue parabant. Marius interim Claudium Marcellum fallutum, qui supra hostium capita erat, occupare jubet. & ipse orta luce aciem inservit. Ibi, dum cum Mariano exercitum pugnam committunt barbari, Marcellus terga eorum cadere coepit: atque ita undique in fugam converti sunt hostes, quorum centum millia & ultra, aut ex-

fā,

REIPUB. ROMAN. LIB. VII. 127  
fa, aut capta fuisse dicuntur. Post pulgnam spolia legere iusit Marius: & dum ingente ipse armorum struere incendere parat, amici Romam adveniunt, equitatem ei Confulatum delatum esse nunciantes. Sed interim Catulus Cimbris obversus, eum juga Alpinum tueri ie posse diffideret, exercitumque ejus tutela causa in varias partes discerpere non auderet, descendens ex montibus Athelin & fluvium hostibus obsecit, locis ejus vadosis diligenter munis. Hostium vero tanta erat securitas, ut lata, que gefabant, scuta corporibus sufficientes ex summis montium verticibus per glaciem ac nivem in valles demitterentur. In planiciis delati statim alveum fluminis complete cooperant colles vicitos demolientes & rupium simul fragmenta congerentes, ita ut plurimi Romanorum præ metu caltra defenserent. Catulus, cum fugam fisti non posse videret, ut sua potius, quam Romani nominis ex ignominia esset, urgebas fugere, sed ducebas leui missiles videntur, abeuntum agmen precessit. Praedium trans Athelin, cum fortiter se defendisset, captum est; sed ab hostibus virtutem eorum reveritis, datis indiciis dimisum.

S. IV. Cum vero Italiani vastare perge-  
te hostes, Marius ab Urbe revocatus  
est, Padumque transgessus, & copiis brici si-  
cum Catulo junctis, confituto cum hosti-  
bus die & loco apud Vercellas depugna-

F. 4

vite.

a. Vell. Par. L. II. c. 12. dicit C. L. M. b. hodie A. A.  
dige. Germa. die Esch. C. Plut. Mario p. m. 419.

vit. Ut vero suorum maxime militum  
victoria esset propria, nec ejus gloria  
magnam partem sibi vindicare posset. Ca-  
tulus, suos milites in cornibus acisi Ma-  
rius collocauit, eaque ita produxit, ut  
media acies, quæ Catuli erat, sinuam fa-  
ceret: quod Sulla, qui illi pugna in-  
terfuit, literis prodidisse dicitur. Is enim  
librum commentarium rerum a se gesta-  
rum reliquit.<sup>b</sup> Sed fortuna æquior Ca-  
tulo, quam collega fuit. Immenso enim  
pulvere excitato, qui conspectum adi-  
meret, dicitur aciem hostium præterve-  
ctus fuisse Marius: barbaros vero in Ca-  
tulum fuisse delatos, in cuius legionibus  
Sulla se stetisse scribit. Maxime autem  
Romanis æstus profuit; cuius intoleran-  
tes erant barbari; & pugnabatur circa fol-  
lium astivum. Ergo in fugam hostes sunt  
versi, quanquam eorum antesignani ca-  
renis per halitos trajectis in speciem val-  
li quasi colligati starent.<sup>c</sup> Verum hosti-  
um suorum manus evitantes barbari ab  
uxoribus, sororibus, filiabus quisque suis  
interficiabantur: quæ deinde seque libe-  
rosque fuos infantes vario mortis gene-  
re perdebat. Capti tamen ad sexaginta  
millia fuisse dicuntur: eas bis totidem.  
Victoria hæc, licet variis indicis consta-  
ret, a Catuli portissimum militibus fuisse  
relatam, tamen & Consulatus majestas,  
& gloria jam ante parta etiam hujus vi-  
ctoriae deus Mario adscribi fecerunt.

Igi-

<sup>a</sup> Plut. d. I. p. 420. <sup>b</sup> Id. Sulla p. 460. <sup>c</sup> Id.  
Mario p. 421.

REIPUBLICA ROMANA LIB. VII. 129  
Igitur *Tertius Urbis conditor* appellatus est:  
eique in arena & in epulis, ut Deo-  
vel potius ut Heroi, libatum. Ipse quo-  
que Marius post hanc victoriam *cambaro*  
temper potasse dicitur b exempli *Liberi*  
*patrii*, qui primus omnium triumphum  
egisse fertur. Soli quoque Mario Popu-  
lus triumphum tam ex bello Cimbro, quam  
ex Teutonico confecto decrevis-  
ser, nisi ipse cum Catulo honore in illum  
communicare voluisse.<sup>c</sup> Verum nequa-  
quam hoc signum erat animi ab ambi-  
tione alieni; sed potius milites Catuli  
timens si debito fisi honore privarentur.  
Neque unquam odium ex hac *armulatio-*  
*contractum* Marius exire: imo civili  
bello victor eum interfici jussit, nec  
Catuli nequicquam eam cædem de-  
precantibus.<sup>d</sup> Triumphum præter alia  
ornavia, Rex *Teutobochus*; qui insignis  
proceritate fuisse dicitur; & quatenus  
seno ve equos transilire solitus.<sup>e</sup>  
Belicos forte *Scorubec* a projecta oris  
audacia dictum conjectura est satis fri-  
volia viri in ceteris nequaquam inepti,  
sed plurimarum scientiarum, & prae-  
que antiquitatum patriæ nostræ gnatissi-  
mi *Hadriani Janii* f. Hujus belli, ut vi-  
deatur, occasione Marius antiquam, quæ  
hactenus apud Romanos obtinuerat,

F. 5.

mili-

<sup>a</sup> Ibid. <sup>b</sup> Val. Max. L. III. cap. 6. ex. Plin.  
H. N. L. XXXIII. cap. 1. f. id. L. VII. cap. 50.  
Cic. Tusc. Quæsti. L. V. cap. 19. d. Cic. Ibid.  
Eloc. L. III. cap. 3. f. Baenavita cap. 23. S. ult.  
p. m. 406.

militie rationem plurimum mutavit; proletarii etiam & capite censis in militiam adscripti⁹; cum antea temores illi non rati in tumultu milites ferirenterent b. Idem in secundo Consulatu suo solamaquilium legionam signum esse jussi e; cum antea etiam Lupus, Minotaurus, Equus, Aper singulis ordinibus præferrentur. Tum vasa & cibaria in fasciculis aperte in ferculis quibusdam ferre milites jussi; unde Muli Marian⁹ proverbio dicitur peregrin⁹.

## CAPUT OCTAVI M.

*De sedicioine L. Appuleij Saturnini.*

Sed non eadem postero domi⁹ que  
dixi. Nam sextum quidem Consulatum  
Appulejana. Anno Urbis sexcentesimo quinquagesimo  
tertio adeptus est; sed divisa per tribus  
A. U. pecunia, & competitore Metello turpi  
hagiōne, dejecto ut L. Valerius Flaccus fi-  
bi administret potius, quam collega, dare-  
tur e obtinuit; licet videri posuit, Consulatū  
hunc ei tanquam primum victori⁹ ac meritorum a Populo fuisse delatum  
f. Verum in eo jam Consulatū Marius  
a bonis defecit: & L. Appulejo Saturnino  
Tri-

a Sall. Jug. c. 86. Plut. Mar. p. 410. b Enn.  
ap. Gell. L. XVII. c. 10. c Plin. H. N. L. X. c. 4.  
d Plut. Mario p. m. 410. Fest. V. Æternitatis.  
Frontin. Strateg. L. IV. c. 1.-n. 7. e P. M. M. A.  
riop. m. 422. f Vell. Pat. L. II. c. 12.

Tribuno plebis sedicioſo se adjutorem &c  
defensorem præbuit. Hic sub finem anni  
precedentis A. Nonius Tribunus plebis  
designiatum factione Marii & C. Ser-  
vili⁹ Glancis Pratoris dignitati subinxus  
interfecerat: & nemine Tribunum ejus  
facinoris accusare auso a, in ejus locum  
per factioē Tribunus fuerat creatus.  
Tum statim ejusdem Marii auctoritate  
suffulsa leges pernicioſas plebis captan-  
de gratia per vita ferre coepit, militi-  
bus Marijanis, qui in Urbe erant, & le-  
ditio plebis multitudine armatus. Le-  
gem ergo primum promulgat, „utager  
„Gallicus, unde Marius Cimbros expul-  
„lerat, iam non amplius Gallie, sed  
„Romani“ iuris esset: utque veteranis  
„centena agri jugera in Africa divide-  
„rentur b. Ut in Siciliam Achajam  
„Macedoniam coloniae deducerentur c.  
„Utque aurum Tholosanum dolo, ac  
„scelere Coepionis partum ad empio-  
„nes agrorum converteretur“. Præ-  
terea tulit, „Ut semibus & trientibus  
„d frumentum Populo distribueretur e.“  
Atque ita Græchorum leges frumenta-  
rias retulisse viuis est. Præterea, ut le-  
ges suas sanctaret, addidit. „Ut quod  
„tributum plebs jussisset, Populum re-  
„neret. Utque, qui Tribuno legem ro-  
„ganti obstatisset, majestatis reus esset

F. 6.

n. Ad.

g App. Alex. Civ. L. I. num. 367. h Sext.  
Aur. Victor. c Cic. pro Balbo cap. 21. d VId. s.  
hujus libri cap. 111. §. 2. c Cic. ad Herenn.  
L. 4. c. 12.

„a. Additum erat legi, “ut si plebs  
,, eam scivisset, Senatus iuratus intra  
,, quintum diem auctor fieret. Qui jus-  
,, jurandum recusat, Senatu movere-  
,, tur b; & festiern quadriginta & o-  
,, ctoginta t multam petivereret. “Ap-  
puleius per vim eam legem pertulit.  
Marius vero de ea lege ad Senatum re-  
serens negavit, se unquam sua sponte  
juraturum esse. At, cum quinque illi dies  
venisset, dixit, „jurandum in legem,  
,, quatenus ea legitimis sit, ita in pra-  
,, sens multitudinem rusticam, que le-  
,, gem urgeat, dispendi posse, & posse  
,, facile ostendi, legitimam eam non ef-  
,, se, quod & per vim & Iove tonante  
,, lata sit.“ Ita statim exurgens ipse pri-  
mum cum amicis iurandum praefat:  
idemque reliqui Senatores faciunt, dum  
quisque sibi metuit. Metello, qui solu-  
negabat, exilium a Populo indici cura-  
quod ille patienter subiit affirmans, se  
commisurum non esse, ut sua causa pe-  
culium patria crearetur.

S. II. Appuleius, ut porro destinata per-  
ficerre posset, in tertium annum Tribu-  
nus plebis refectus est: interque alios col-  
lega ipsi additus fuit *Equinus Firmo* mut-  
nicipio ostiundus d; qui se illustris illius  
Ti. Gracchi filium esse mentiebatur: sed  
et negat ostiundus d; etiam quoniam  
quem

a Vid. ennd. de Orat. L. II. cap. 25. b App.  
Alex. I. di nobis Flor. 36000. c App. Al. I.  
d Val. Max. L. III. c. 8. n. 4. Plut. Mario p. m.  
423. d Val. Max. L. III. c. 2. n. 18. L. III. c. 8.  
n. 6. L. IX. c. 15. v. 1.

REIPUB. ROMAN. LIB. VII. 133  
quem mendacii arguerat & empronia Grac-  
chorum fotor, & uxor quandam Magni-  
illius Scipionis Amiliani. His tamen plebi  
ob Iolam Gracchorum memoriam graci-  
fissimus habebatur e. Hi ergo C. Glaucia  
Pratorem, qui se facillitem, immo  
antesignum feditionis Appulejane pre-  
bebat in annum sequentem Comitalem de-  
signare conati sunt: & C. Mammius, vi-  
cum primarium, & consularis competi-  
torem ( M. Annius. Orator celeberrimi-  
mus b jam consenuit Comiti creatus erat.)  
in ipsis comitiis futilibus interfecerunt.  
(Pater hic fuit C. Antonii, quem Cicero  
in Consulatu collegam habuit, & avus  
M. Annius Triumviri.) Tanti facioloris  
indignitate commotus Populus Appulejo  
necem minatur. Appulejus vero nova ple-  
bis multitudine ex agris excita, illorū  
que locis afflupitis C. Glauca, C. San-  
fro Quiflore & Q. Labieno Capitolium  
occupat. Tum autem optimatum conser-  
ta armatur civitas: firme Senatus consul-  
tum quo Saturninus hollis judicatur: &  
Consules jubentur, Videré, ne quid Re-  
publica detrimeni capiat. Itaque Marius,  
sicut eadem nocte confilia cum Saturnino  
communicasset e, armatos, cunctanter  
quavis, in forum producit, & interfic-  
sia queductibus obclitos in eas angustias  
redigit; ut Sanfro fuit non diutius fe-  
rens Capitolium incendi suaderet. Verum  
tandem hæc publica accepta fæ Mario  
permis-

a App. Al. Civ. L. I. n. 369. b Cir. de Orat.  
L. III. c. 3. 4. 9. C. Plut. L. prox. d.

134 HISTORIA  
penniferunt; ejus nempe defensione fre-  
ti. Et fane Marius, cum omnes statim  
intercedentes esse seditionis, clamava-  
rent, in curiam eos inclusos, velut legi-  
timum de iis sumptuari supplicium, re-  
vera, ut a vi eos prohiberet. Plebs ve-  
ro, justam de secleratis ultionem ita e-  
cludi indignata primum regulas curie con-  
vulsas in inclusos conjectit: & mox in  
forum degressos necavit.<sup>a</sup> Occisus est  
etiam subditius ille Gracchus primo ini-  
ti magistratus die, cum merito sacrosan-  
cta tribunorum potestas tueri liberati  
instituta hominem secleratum non tege-  
ret. Valerius Max. L. IX. c. 7. §. 1. cum  
a Populo liberatum fuisse dicit; sed ejus  
parva est autoritas. Saturnini capit C.  
Rabirius Senator per convivia circummu-  
lit. Hunc Rabirium ob causum Saturnini-  
num post annos triginta septem Confus-  
to Cicerone T. Labienus, cuius patruus  
Q. Labienus cum Saturnino occidit fue-  
rat, perduellionis accusavit<sup>b</sup>; quem de-  
fendit Cicerio oratione, qua exstat, sed  
mutila; & negavit; a C. Rabirio occi-  
sum esse, o'enditque, Rabirium in ce-  
teris rebus Senatus imperio paruisse; ne-  
que fidem publicam violasse, quam Ma-  
rius finobenatus confidit dare non potuiss-  
et. Condemnatus est Rabirius a C. & L.  
Cesariis; qui non a Populo, ut moris  
erat, sed a Pratore, quod non licet;

CREA

<sup>a</sup> Cic. Or. pro C. Rabir. c. 6. seq. Id. in Ca-  
sil. L. et Philipp. VIII. c. 5. & in Bruto c. 6.  
<sup>b</sup> Ipsi in Pif. c. 2.

REIPUB. ROMAN. LIB.VII. 135  
creat furant, ut narrat Dio Cassius; qui  
addita, cum ad Populum provocasse, sed  
ibi quoque fuisse damnum, nisi Metel-  
lus Celer, qui cum Anguis & Praetor  
erat, vexillum e Janiculo avulsi fecit; que  
facto nihil amplius a Populo statui pote-  
rat. Suetonius & vero auctor est, absolu-  
tum fuisse Rabirium, & nihil auge ei  
prosulisse, quam C. Caesaris judicis acer-  
bitatem. Et hec post duas Gracchanas  
tertii gravis in Urbe sedatio fuit. Metel-  
lus statim, ut etiam hoc addamini, ma-  
ximo Populi Semisusque favore ex Afri-  
cano exilio revocatus est, & in integrum  
restitutus Q. Caecilio Tribuno plebis ro-  
gante & Romam redeundi ferunt, diem  
integrum non sufficisse, dum ad portas  
Urbis obviros quoque complectetur d.  
Scriptis hujus Metelli vitam Plutarchus  
& sed ea hodie non exstat.

## C A P U T . N O N U M .

De Bellis Jugurthino.

§. 1. V idimus Libri praecedentis. c. 1. §. 5. i. Ori-  
ente, paulo ante deletam a Ro-  
manis Carthaginem obiisse primarium eo-  
rum amicum Massinissam Numidiae. Re-  
gem, eique successisse tres filios; ex qui-  
bus post aliquos tempus Micipsa solus fu-  
perstes regnum obtinuit. Micipsa moriens  
<sup>A. U.</sup> 634.  
re.

<sup>a</sup> L. XXXVII. p. 24. edit. reg. b Julio c. 12.  
<sup>c</sup> Cic. pro Plancio c. 28. d L. v. q. 69. e Vid.  
tumini Mariop. m. 423.

regnum reliquit Adherbal & Hiempsal filii suis; tertiumque addidit Jugurtham fratis ius Manastabili, filium, quem adoptaverat. Et hunc quidem Micipha perdere statuerat, quod corpore & ingenio validum cerneret;<sup>a</sup>; & ovaes aquiles gloria anteire, omnibus tamen charum esse. Sed cum neque per vim, neque per infidem opprimi posse homino adeo popularis videretur, Micipha cum auxiliis, quae ad bellum Numantiam mittebantur, praecepit, ostentando virtutem, ut hos illorum levitas facile eum occurreret, et se sperans. Sed ea res longe aliter, ac ratus erat, evenit. Nam fortitudine & modesta fedelitate se Scipioni, munificentia aliis gratissimum reddidit. Ehec, Numantia delecta, Jugurtham dosatum & laudatum dimisit;<sup>b</sup> secreto tamen motuum, ut virtute plus amicitiam P. R. coleret, quam largitionibus (quod iam tum facere instituerat) paucorum gratiam emeret. Mortuo Micipha siempsalem primum Jugurtha obtruncari curat.<sup>c</sup> Inde copiis patulis omni Numidiā imperare parat; & Adherbalem prælio superat. Adherbal Romanū querelas ad Senatum defert; sed, corruptis iam Senatorum animis legatione & donis a Jugurtha missis, hoc tantum obtinuit, ut legati mitterentur, qui regnum, quod Micipha obtinuerat inter Jugurtham & Adherbalem dividerent. Legationis princeps erat L. Opimius<sup>d</sup>; quem improbum fuisse vi-

rum iam vidimus, cum de seditione C. Gracchi ageremus. Itaque & hic & reliqui legati pecuniam quam fidem charitatem habentes partem Numidia agro virtuſque opulentiorē Jugurtha, alteram specie, quam illa potiorem Adherbali tradunt. At, postquam dicesſissent, Jugurtha aperto bello totius Numidiæ imperium petit, & prælio victum Adherbalem in Ciritha oppido circumedit:<sup>e</sup> legatosque a Senatu missos speciosis verbis delinuit. Cum tamen Adherbal alia legatione missa. Senatus opem supplex implorasset, alii iterum legati, & quidem amplissimis honoribus usi, sunt misi; qui iterum oratione Jugurtha decepta an mitigati nullo operc prelio edito dicesſere. Et interim Ciritha potius Jugurtha Adherbalem contra Senatus demissionem necat: atque ita tandem bellum ipi fuit inductum.<sup>f</sup>

S. II. Itaque Anno Urbis sexcentesimo quadragesimo secundo L. Caepurni Bellum in Africam exercitum transtulit: atque acriter Numidiā ingressus, multos mortales,<sup>g</sup> & urbes aliquot pugnando cepit. Sed mox animus avaritia rages, & per legatos Jugurtha pecunia corruptus pacem cum hoste flagitioam, omnium consiliorum ministro assumpto legato suo Scævola fecit: atque inde ad comitiam Romanam digreditur. At C. Memmius Tribunus plebis, libertimi ingenii vir, quique odio

<sup>a</sup> Sallust. Jug. c. 6. b Id. c. 12. c Id. c. 16.

<sup>b</sup> Ibid. c. 21. <sup>c</sup> Ibid. c. 26. <sup>d</sup> Liv. Epit. 64. <sup>e</sup> Sallust. d. l. c. 24.

edio potentiae nobilitatis celebriſ' erat ;  
rum poteſtum perlit, ut L. Caſſius, qui  
cum Praetor erat, ad Jugurtham mittere-  
tur; cumque imposta fide publica Ro-  
manam ducere. Ergo Jugurtha cultu quam  
maxime miserabilis Romanam venit; & na-  
gna mercede C. Babibum Tribunum ple-  
bis parat, cuius impudentia contra ius  
& injurias omnes munitus foret. Anno  
tamen sequente Sp. Postumio Albino Con-  
ſul belli, sed magis, ut exitus docuit,  
luci avido provincia Numidia evenit :  
cum perſuaderet Massiva Guluss filio,  
Massinissa nepoti, ut regnum Numidie a  
Senatu peteret. Verum fratre Jugurtha  
Massiva interfactus est: quod cum palam  
factum esset, iussus est a Senatu Jugur-  
tha Italia decedere: qui cedens Urbe di-  
xisse ferunt, cum sape tacitus eo respi-  
ceret, Urbem vénalem & masure periu-  
ram, si imperiū inveneret b. Cuius di-  
cti veritatem eventus post sexaginta cir-  
citer annos firmavit, cum Julius Caesar  
immenſa largitione Aemilius Paullum  
Consulem, Cayumque Carionem Tribu-  
num plebis in suas partes pertraxit. Al-  
binus porro in provinciam proiectus variis  
Jugurtha artibus ludificatus est: & cum  
retularem, nulla te memorabili gesta, con-  
fecisset, Romanam ad comitia decessit, Au-  
lo fratre in eastris Propratore reliquo.  
Hic, seu ipse belli confidiens, sive ut  
zeitore exercitus propius admotus pecu-  
niā a Rege exprimeret, media hyeme  
urbem,

Ac. V.  
6435

REIPUB. ROMAN. LIB. VII. 133  
urbem, ubi Regis theſauri erant, obſe-  
dit. Sed dolis Jugurtha, & ſpe paſtio-  
nis perperlit a, ut in abditas regiones  
eum, veluti cedente, inſequeretur. In-  
terea aſſidue exercitum Romanorum ten-  
tando plurimos, ut transfugerent; alios,  
ſigno dato, locum uti in acie deſererent,  
Jugurtha corrupe; & demum intempeſta  
nocte caſtra circumvenit, & Romanos ad  
turpem deditioinem adegit; imo ſub ju-  
gum mitit. Verum Senatus, ſuo atque  
Populi injuſtu nullum potuſſe feedis fieri  
decernit: & Consul ſtatim in Africam  
prociſci jubetur: ubi reſ, ſoluto impe-  
rio, licentia & laſcivia ita corripuit in-  
venit, ut ex copia rerum nihil ſibi agen-  
dum ſtaueret. Inter ea Rōme C. Mani-  
lius Limesimus Tribunus plebis legem tulit,  
ut queſtie inſtitueretur in eos, quo-  
rum conſilio Jugurtha decreta Senatus  
neglixiſſet; quiq[ue] ab eo in legationibus  
aut imperiis pecunias accepifſent; qui-  
que de pace aut bello cum hostibus pa-  
titiones feciſſent. Lege poſt magnam con-  
tentio[n]em ſtudio plebis perlata tres qua-  
ſtores ſunt facti, qui de eo criminis queri-  
rent; interque eos M. Scaurus, qui  
legatus Bestor fuerat, & qui ipſe hinc  
criminis erat obnoxius. Damnatus fuit  
Scaurus cum Bestor, C. Catone, (cuius  
tamen damnatio an aliquid cum Jugur-  
tha cauſa communē habuerit, neſcio)  
Sp. Albino, L. Opimio, quas damna-  
tiones

stiones injusias fuisse Cicero innuit, pars  
tum magis studium, quam veritatem rei  
secutus.

S.3. Res

Metello

Cof. in

Africa

gesta.

A. U.

¶4.

S. III. Anno Urbis sexcentesimo qua-  
dragefimo quarto Q. Metellus Africam,  
& bellum cum Jugurtha Consul obti-  
nuit. Is statim ad bellum, quod gestu-  
rus erat, animum intendit: novum  
que fere exercitum conscribit: quod exer-  
citus, qui in provincia erat, omnem  
fere disciplinam solvisset: cum tamen ipsi-  
sum etiam disciplina instaurata brevi con-  
firmavit. Ergo Jugurtha ingentem in-  
fese concipiens metum legatos ad Consul-  
lem mittit vitam tantum sibi liberisque  
petituros, alia omnia dedituros Populo  
Romano. Sed parum homini nota perfidiae  
credens Metellus ipsius cum acti-  
bus aggreditur & multa pollicendo per-  
suadens legatis, ut Jugurthanum vivum  
aut necatum sibi traderent: & interim  
strenuissime bellum curat, atque in Numi-  
diam penetrat: & virtute egregia mihi-  
stum Jugurtham loco sibi iniquo vinci-  
vit: cum etiam alii Numidarum copie  
sub duce Bomilcare ( a quo Massiva in-  
terfectus fuerat) a Rutilio Metelli legato  
vincerentur.<sup>a</sup> Cum tamen bellum renova-  
varet Jugurtha, Metellus vastatione ag-  
rorum, incendiis oppidorum, cede-  
perum hostes ad obsides, frumentum  
illaque, que usui forent, danda compel-  
lit. Utque ad primum Jugurtham pel-  
lice-

<sup>a</sup> Vid. enim de Cl. Orat. c. 33. & seq. b Sals.  
Ibid. c. 43. c. 11. c. 45. d. ib. c. 53.

litteret Zamam, primariam urbem, obse-  
dit, strenue Imperatoris sui conatus ad-  
juvante Mario, qui legatus Metello ade-  
rat: quod tamen non prohibuit, quo  
minus a Zama discedere Romani cogi-  
tentur b. Hibernis contractis Metellus per  
Bomilcarem ( cui impunitatem, & bono-  
rum suorum omnium securam possesso-  
ne promiserat ) Regis animum ad dedi-  
ctionem, & ad pecunie, elephanto-  
rum, perfugorum, aliarumque rerum  
traditionem compollit. Idem tamen dum  
secum ipse reputat, quam gravis casis  
in servitium ex regno foret, bellum de  
integro sumit c: & Vaccaos, qui jam  
praedium Romanorum receperant, per-  
mituit, ut occasione diei felli captata  
eos omnes occiderent: qui tamen gra-  
ves max Romanis poenar dederunt. Ve-  
rum interim domesticus Metello adver-  
tarius in suis castris suscitabatur. Ma-  
rius enim legatus eius consiliarii jam in-  
hiens a Metello perendi gratia missione  
rogaverat; sed iepius frustratus tandem  
responsum accipit, „ nihil esse quod fe-  
minaret; satis mature cum filio suo ( is  
„ annorum circiter viginti adolescentis e-  
rat ) coniulatum petitorum esse.“  
Hinc plane a Metello alienatus Marius d  
occulte eum & variis comodis impugnat;  
atque multis impellit, uti Roman, du-  
ci a Metello bellum, scribant. Marium  
Imperatore postulent. Ita Mario Ro-  
man

<sup>a</sup> Ibid. cap. 56. b Ibid. c. 61. c Ibid. cap. 66.  
d Ibid. cap. 63.

mam profecto Coniulatus mandatur <sup>a</sup>; cum iam per multas tempestates ille homines homini novo tributus non esset: quo nuncio adeo perculius fuit Metellus, ut neque lacrymas tenere <sup>b</sup>, neque moderari linguam posset. Ut ergo gloriam præstiperet nove Coniuli, neque sem alienam pericula suo curaret, legatos ad Bocchum Numidarum Regem, ad quem victus Jugurtha consigerat, mittit; magis, ut ita bellum intactum Mario traduceret, quam quod negocium confidere posse speraret. Mox tamen profectus triumpavit.

§.4. Bel-  
lum a  
Mario  
confe-  
ctum.

S. IV. Marius interea summo conatu, & frusta adversitantibus clavis optimatisbus, que bello opus erant parat, oratione simul acerba in nobiles, quos dicit in longissimum tempus belli auctores arguerat, inventus. Et postquam in Africam transmississet brevi spatio veterum militum virtutem restituit; novosque cum iis coalefcere fecit <sup>c</sup>. Et cum Jugurtha manum conferere cupiens mediocria pri-  
mum gerebat: inde majora & magis af-  
pera aggrediens felinato & agmine & impetu Cœsan urbem inter ingentes soli-  
tudines sitam occupavit <sup>d</sup>; terrorumque fui longe lateque sparit. Ita Jugurtha, & oppida multis, & militibus, & pecunia magna amisit, Bocchum tercia Numidie parte, si finis suos receperisset, promissa, ut ad se veniret, illexit. Et statim simul Marium <sup>e</sup> circa vesperam inva-

REIPUB/ ROMAN/ LIB. VII. 143  
invadunt, rati, aut noctem, si vici es-  
sent, sibi fore munimento; si vicissent,  
nulli impedimento, quia locorum scien-  
tes erant. Magno tamen cum damno suo-  
rum sunt repulsi; &, cum paulo post  
iterum barbari male pugnavissent <sup>f</sup>, Boc-  
chus potuit, ut legatos ad Senatum mit-  
tere literet. Senatus feedus & amicitiam  
potentibus respondit, „ delicti quidem  
„ gratiam Bocco fieri; feedus & ami-  
“ citiam accepturum esse, cum merui-  
“ fer.“ Sullam inde, Marii Questorem,  
Rex Bocchus arcivisit; eique Jugurtham  
in iniicias deduxit & vincitum tradi-  
dit <sup>g</sup>. Cum felix hic belli exitus Romæ  
auditus esset, Marius Coniul iterum ab-  
fens factus est: ilque Kalendis Ian. An-  
no U. 649. magna gloria Coniul trium-  
phavit. Jugurtha post triumphum in car-  
cerem conditus, alii tunicam ejus dilata-  
cerantibus; dum aliis per vim ornamen-  
tum sureum, quod patro more ex aere  
pendulum gestabat, illi deripere festi-  
nans & iohannam una auriculam avellere:  
ita ut barbare magis quam Romane cum  
Rege captivo actuum esse videatur. Nam in infinitum carcerem, & nudus quidem  
derruisse est; ita ut ipse cavillans, frigi-  
dum nimis id balneum esse, quereretur.

A. U.  
949.

Certum autem facit est, plura hoc tem-  
pore etiam memoranda evenisse, sed que  
proper auctorum defectum dilucide iatis  
explicari, nequeunt; ita ut libro proximo  
bella

<sup>a</sup> Ibid. c. 73. <sup>b</sup> Ibid. c. 81. <sup>c</sup> Sall. A. lcc. 87.  
<sup>d</sup> Ibid. c. 91. <sup>e</sup> Ibid. c. 98.

<sup>f</sup> Ibid. c. 113. <sup>g</sup> Plin. Mario p. m. 412.

bella potissima civilia nobis explicanda sint: nam sequid de bello Piratico, quod hoc iam intervallo (A. U. 650.) coepit, diligentius sit dicendum, ad sequentem quoque periodum, qua maxime gestum est, commodius referetur.

**S.5. L.** *gatuum regni Cyrenaici.* **S. V.** Sed, quoniam in Africa adhuc versamur mentio hic facienda est alterius hereditatis regie. (Afian testamento Attali Romanis accessisse ante vidimus) quana Populus Romanus crevit *Proleme Apionem Cyrenaeum Regem mortuo* <sup>a</sup>. Fuerat hic Ptolemaei Evergetis ejus nominis secundus, qui *Phycson* etiam dictus est, filius ex pellice suscepitus <sup>b</sup>; qui joculator cognomine *Apion*, hoc est, *macer* dictus fuit; quod eum patri, qui crassis & obesus fuerat, comparavissent: nisi verius sit, cum a Deo Ägyptiorum *Api* id nomen habuisse. Huic pater testamento Cyrenatum regnum reliquerat: ipse moriens A. U. 657. Populum Romanum heredem instituit. Sed Senatus ejus regni civitates liberas esse voluit <sup>c</sup>; que, cum potea a tyrannis oppresse essent, ea occasione uti Romani Cyrenaicam in provincia forman redegerunt per *Lucullum*, qui missus a Sulla ad leges Cyrenaeis ferendas fuerat <sup>d</sup>. Haec provincia potea ex instituto Imperatoris Augusti eundem cum *Creta* *Imula* Praesidem habuite. An vero duo fuerint *Proleme*, qui Populum Romanum heredem reli-

que-

<sup>a</sup> *Vid. Cic. Agr. ar. II. cap. 19.* <sup>b</sup> *Justin. L. XXXIX. cap. 5.* <sup>c</sup> *Liv. epis. 70.* <sup>d</sup> *Flut. Lucull. p. 492.* <sup>e</sup> *Vid. Dion. L. LIII. p. 341. et. regis. 1548.*

querim, maturiorem considerationem metter. Credit illud *Sigoni* <sup>f</sup>; & punctum superiorem Cyrenas Populo R. testamento reliquisse, cum eo ut libere essent; posteriorem, cognomine *Apionem*, cum Cyrenaica aridam etiam *Libyam*: sed auctores, quos citat *Jornandem* & *Sex. Rufum*, non magnae sunt, praesertim in rebus hujus tui, auctoritatis; & *Ammianus* etiam *Marcellinus* <sup>g</sup>, licet nobilis scriptor, nimis ab hoc quidem seculo remotus est, quam ut tuto fides ei adhiberi possit.

## LIBER OCTAVUS.

### CAPUT PRIMUM.

*De seditione Drusi, & bello Sociali,  
quod Italicum etiam, &  
Mariscum dicitur.*

**S. L.** Cum, ut dictum est, in horum **S. L.** *origi-  
temporum historia quendam go nati  
auctorum veterum inopia non fatis certo socialia  
tradi posse certissimum sit, rerum tantum  
capita persequi cogimus: nec seriem earum  
continuam pertexere possumus. Et primo  
quidem, post ea que libro proximo narrarimus,  
occurred nobis editio *Densiana*; &  
quod ei annexum fuit, gravissimum bel-  
lum cum *sociis Italie genitius* gettum. Voca-*

*Tom. II.*

*G*

*tur*

<sup>f</sup> *De ant. iure prov. L. II. c. 16.* <sup>g</sup> *Vid. cum L. XXII. inf.*